THE LIBRARY OF CONGRESS

THE LIBRARY OF CONGRESS

ELEMENTA LINGUÆ GRÆCÆ.

PARS PRIMA,

COMPLECTENS

PARTES ORATIONIS DECLINABILES;

ET

CONTRACTIONUM REGULAS, &c.

Studio JACOBI MOOR, L. L. D.

IN ACADEMIA GLASGUENSI OLIM LITT. GR. PROF.

PARS SECUNDA,

COMPLECTENS

VERBA ANOMALA ET DEFECTIVA,

ET QUASDAM

EX PRÆPOSITIONIBUS;

Studio ANDREÆ DALZEL, S. R. S. E.

NUPER IN ACADEMIA EDINENSI LITT. GR. PROF. ETC.

NUNC DEMUM

RELIQUAS PRÆPOSITIONES, ADVERBIA,

CONJUNCTIONES, SYNTAXIN, PROSODIAM,

REGULAS ACCENTUUM ET DIALECTOS;

Studio GEORGII DUNBAR, S. R. S. E.

ET IN EADEM ACADEMIA LITT. GR. PROF.

EDINBURGI:

VENEUNT APUD BELL & BRADFUTE.

LONDINI: APUD T. CADELL & G. DAVIES, ET R. STODART.

MDCCCXVIII.

PA258
.M9
1818

In hac editione Regulæ Contractionum, quæ olim male traditæ sunt, nunc, ut speratur, veris principiis nituntur. Ancipitum vocalium pleræque, quæ in penultimis et antepenultimis longæ sunt, lineola notantur. Porro, ad finem voluminis exhibentur paradigmata verborum quorum tempora a variis Præsentis formis, secundum rationes in Dissertatione, Anglicè scripta, scil. "Analysis of the Greek Verb, Edin. 1813," explicatas, deducuntur.

G. D.

L

Literarum Graecarum Nexus et scribendi compendia explicata ea saltem quæ morae aliquid Discentibus inferre possint.

αι	αι	ἐυ	ἐυ	σσ	σσ
αλ	αλ	ην	ην	ς	στ
αλλ	αλλ	καὶ	καὶ	σχ	σχ
ἀν	ἀν	κατὰ	κατὰ	ται	ται
ἀπὸ	ἀπὸ	μαρ	μαρ	ταῖς	ταῖς
αυ	αυ	μεθ	μεθ	τὴν	τὴν
γὰρ	γὰρ	μὲν	μὲν	τῆς	τῆς
γεν	γεν	μεν	μεν	το	το
δὲ	δὲ	μετὰ	μετὰ	τὸν	τὸν
εἶ	εἶ	μῶν	μῶν	τοῦ τοῦ	τοῦ
εἶναι	εἶναι	οἷον	οἷον	τῶ	τῶ
ἐκ	ἐκ	ου	ου	τῶν τῶν	τῶν
ελ	ελ	παρὰ	παρὰ	υ	ῦ
ἐν	ἐν	περὶ	περὶ	υι	υι
ἐξ	ἐξ	ρι	ρι	υν	υν
ευ	ευ	ρο	ρο	ὑπὲρ	ὑπὲρ
ἐπὶ	ἐπὶ	σθ	σθ	υς	υς
ἐστι	ἐστι	σθαι	σθαι	ω	ῶ
ερ	ερ	σπ	σπ	ὑπὸ	ὑπὸ

Literae Graecorum sunt viginti quatuor.

Figura.	Nomen.	
Α, α.	ἄλφα.	alpha.
Β, β, ϐ.	βῆτα.	bêta.
Γ, γ, ϝ.	γάμμα.	gamma.
Δ, δ.	δέλτα.	delta.
Ε, ε.	ἐψιλὸν.	epsilon.
Ζ, ζ.	ζῆτα.	zêta.
Η, η.	ἦτα.	êta.
Θ, ϑ, θ.	ϑῆτα.	thêta.
Ι, ι.	ἰῶτα.	iôta.
Κ, κ.	κάππα.	kappa.
Λ, λ.	λάμϐδα.	lambda.
Μ, μ.	μῦ.	my.
Ν, ν.	νῦ.	ny.
Ξ, ξ.	ξῖ.	xi.
Ο, ο.	ὀμικρὸν.	omikron.
Π, π.	πῖ.	pi.
Ρ, ϱ.	ῥῶ.	rho.
Σ, σ, ς.	σῖγμα.	sigma.
Τ, τ, ϯ.	ταῦ.	tau.
Υ, υ.	ὐψιλὸν.	upsilon.
Φ, φ.	φῖ.	phi.
Χ, χ.	χῖ.	chi.
Ψ, ψ.	ψῖ.	psi.
Ω, ω.	ὦμεγα.	omega.

Literae cujusque vis intelligitur ex initiali sono Nominis.

Literae sunt vel VOCALES vel CONSONANTES.

Vocales septem. scilicet;

duae breves, ε, ο.
duae longae, η, ω.
tres ancipites, α, ι, υ.

Nimirum; utraque BREVIS habet suam LONGAM.

Anceps, autem, nunc pro brevi sumitur, nunc pro longa. Nunc in diversis vocibus, nunc in eâdem.

sic;

α, in πατὴρ, *pater*, pro brevi semper *.

α, in λαὸς, *populus*, pro longa semper.

α, in Ἄρης, *Mars*, pro brevi, aut longa, scriptoris arbitrio †.

Duæ vocales simul enunciatae, faciunt Diphthongum.

Si utraque vocalis exauditur aeque, vocatur Diphthongus PROPRIA. si non, IMPROPRIA.

Propriae sunt sex; et oriuntur ex brevibus et α pro brevi, cum ι vel υ subjuncta.

ex ε, { ει. ευ. ex ο, { οι. ου. ex α, { αι. αυ.

* α, pro Brevi sumpta, habet suam longam η.

† Nusquam nisi in Heroico carmine.

Ex impropriis, tres ᾳ, ῃ, ῳ, vocantur surdae, nam in his ι parum auditur, adeoque non AD-scribitur, sed SUB-scribitur *.

Consonans SIMPLEX vel est MUTA, vel SEMI-VOCALIS.

Mutae novem; scil.

Tenues,	π, κ, τ.
Mediae,	β, γ, δ.
Aspiratae,	φ, χ, θ.

Nimirum, unaquaeque tenuis habet suam mediam, et aspiratam; quae tres vocantur ejusdem ordinis; quia proferuntur eodem vocis instrumento, progrediente ab enunciatione tenui ad fortiorem; et ad fortissimam, sive asperam. scilicet;

Labiis,	π, β, φ.	enunciantur	ip, ib, iph.
Palato,	κ, γ, χ.		ik, ig, ich.
Dentibus,	τ, δ, θ.		it, id, ith.

Semivocales quinque sunt. scilicet;

LIQUIDAE quatuor, λ, μ, ν, ρ; et ς, SOLITARIUM †.

---

* Reliquæ tres impropriæ sunt ηῦ, ωυ, υι. Prior vocalis diphthongi vocatur a Grammaticis *præpositiva*; posterior, *subjunctiva*.

† Itaque, primarii Literarum soni videntur in universum esse tredecim, scilicet; Vocales quinque non longæ; Consonantes, tres mutæ tenues, et quatuor liquidæ, cum ς.

Has, autem, una cum tribus mutis mediis a Phœnicibus ad

Liquidae vocantur etiam IMMUTABILES; scilicet in flexione nominis et verbi.

Consonans DUPLEX fit ex muta cum adjuncta ς. sic, tres mutarum ordines, cum ς, faciunt TRES Duplices. scilicet;

π, β, φ,	cum ς, facit	ψ.	enunciatur autem*	πς.
κ, γ, χ,		ξ.		κς.
τ, δ, θ,		ζ.		δς.

In flexionibus, Duplex resolvi potest in mutam quamvis ejus ordinis unde facta est, et ς.

σῖγμα finale vocis, ς scribitur. non finale, σ.

γ, ante mutam sui ordinis, enunciatur sono quodam medio inter ν et γ; qualis, apud nos, in syllabis *-ing*, *-ang*, *-ung*. sic;

ἄγκος,	ἄγγελος,	ἔγχος,
vallis.	*nuncius.*	*hasta.*

DE SYLLABA.

ACCENTUS, sive syllabae tonus, triplex est, scilicet;

Græcos, circiter centum et quinquaginta annos ante captam Trojam, attulisse dicitur CADMUS;

PALAMEDES, postea, tres aspiratas addidisse, atque duplicem ξ, temporibus belli Trojani;

SIMONIDES, denique, complevisse duplices, et vocales longas adjecisse; quadringentos circiter annos post captam Trojam; tempore, scilicet, Marathoniæ pugnæ celeberrimæ; quo, maxime, tempore, viguit Græcorum virtus, Libertas, Literæ, Gloria.

* Vide Dion. Hal. περὶ συνθ. § 14.

Acutus [´] ut τύπτω, *verbero.*
Gravis [`] ut τιμὴ, *honor.*
Circumflexus[ˆ] ut ποιῶ, *facio.*

Acutus, syllabae tonum acuit; Gravis obtundit; Circumflexus, in syllabis longis, utriusque vim conjungit; ut indicabat olim antiqua ejus figura [ˆ].

Spiritus duo sunt. Asper [῾]; et Lenis [᾽].

Spiritus asper vim habet eandem quam apud Latinos H; quam quidem ejus figuram ab ipsis antiquis Graecis mutuati sunt. Et ita HEKATON, *centum*, reperitur scriptum, in monumentis quibusdam antiquissimis.

Spiritus lenis tantum notat non adhibendum esse asperum.

Vocalis initialis habet semper spiritum. sic;

ἅμα, *simul.* ἐγὼ, *ego.*

υ initialis habet semper asperum.

item ῥ initialis habet semper asperum. At ῥ media; si simplex, habet nullum; si duplex, habet utrumque, prior lenem, posterior asperum. sic; πόῤῥω, *longe* *.

---

* Puncta sunt quatuor:

1. Comma, ut apud Latinos (,)
2. Punctum interrogationis (;)
3. Colon, hoc modo positum (ν·)
4. Periodus (.)

DE NOMINE.

NOMEN habet GENERA, NUMEROS, CASUS.

GENERA sunt tria; MASCULINUM, FEMININUM, NEUTRUM.

NUMERI tres; SINGULARIS, DUALIS, PLURALIS.

DUALIS NUMERUS de iis usurpatur, quae vel nascuntur gemina, vel censentur; qualia, quotidie, nominanda veniunt quamplurima.

CASUS quinque. NOMINATIVUS, GENITIVUS, DATIVUS, ACCUSATIVUS, VOCATIVUS.

Lingua Graeca non agnoscit casum ABLATIVUM.*

DE NOMINUM DECLINATIONE.

REGULAE GENERALES.

1. Singularis Nominativus desinit semper, vel in vocali non brevi, vel ν, ρ, ς.

2. Singularis Vocativus similis est Nominativo, plerumque: Pluralis, semper.

3. Neutrorum Accusativus et Vocativus semper sunt similes Nominativo; et, in plurali, semper in α desinunt.

4. Singularis Dativus semper in ι desinit; vel subscriptum, vel adscriptum.

---

* Lingua Graeca aeque ac Latina postulat Ablativum.

5. Pluralis Genitivus semper in ων. Accusativus in ς.

6. Dualis Nominativus, Accusativus et Vocativus semper similes. item Genitivus et Dativus.

DECLINATIO PRIMA

Terminationes habet quatuor.

duas femininas, η, α *;
duas masculinas, ης, ας; a femininis ortas, addendo ς.

1. Harum omnium primaria est η.

Paradigma Nominum in η; τῑμὴ, *honor*.

Sing.	Dual.	Plur.
N. τιμ-ή.	N. τιμ-ά.	N. τιμ-αί.
G. τιμ-ῆς.	G. τιμ-αῖν.	G. τιμ-ῶν.
D. τιμ-ῇ †.	D. τιμ-αῖν.	D. τιμ-αῖς.
A. τιμ-ήν.	A. τιμ-ά.	A. τιμάς.
V. τιμ-ή.	V. τιμ-ά.	V. τιμ-αί.

* In quibusdam nominibus terminatio masculina habet α, e Dialecto Æolica, vel potius prisca lingua: ut, μητίετα, pro μητιέτης: νεφεληγερέτα: ἱππότα, &c. Hinc fluxit magna ex parte Sermo Latinus: sic Poeta; Athleta, Cometa, &c.

† Primigenia formatio Dativi fuit τιμεῖ. Hæc forma adhuc restat in Dativis ἐμοὶ, σοί, ἐνδοῖ, ἐξοῖ, οἴκοῖ, &c.

2. In singulari, α semper habet αν accusativi; sed α purum *, et ρα, habent etiam ας et ᾳ genitivi et dativi †. in ceteris, ut η. sic;

μοῦσα, *musa.*

N. V.	μοῦσ-α.	A.	μοῦσ-αν.

φιλία, *amicitia.*		ἡμέρα, *dies.*	
N. V.	φιλ-ία.	N. V.	ἡμέ-ρα.
G.	φιλ-ίας.	G.	ἡμέ-ρας.
D.	φιλ-ίᾳ.	D.	ἡμέ-ρᾳ.
A.	φιλ-ίαν.	A.	ἡμέ-ραν.

3. Terminatio Masculina habet ου genitivi ‡, et perdit ς vocativi; in ceteris ut terminatio feminina unde oritur. sic;

N. Χρῦσ-ης, *Chryses;* G. Χρύσ-ου.
V. Χρύσ-η. in ceteris, ut η.

N. Παυσανί-ας, *Pausanias:* G. Παυσανί-ου.
V. Παυσανί-α. in ceteris, ut α purum.

---

* Hoc est, post vocalem.

† Item δα, θα, et ᾶ circumflexum, sed rara; et λα, μα, sed rarissima.

‡ Quædam nomina in ης hujus Declinationis, Doricè declinata, genitivum formant in α; ut ὀρεσιβάτης, gen. ὀρεσιβάτα. Quædam nomina propria in ας habent vel ου vel α; ut Πυθαγόρας, gen. Πυθαγόρου vel α. Pauca alia semper habent α; ut Θωμᾶς, gen. Θωμᾶ; Βοῤῥᾶς, gen. Βοῤῥα. Πάππας, gen. πάππα, &c.

Αράσπας, g. Αράσπου vel Αράσπα. d. Αράσπᾳ, ac. Αράσπαν. Σάκας, gen. Σάκα, d. Σάκᾳ, ac. Σάκαν, v. Σάκα. Vide Xen. Cyr. sub init.

N. Πυθαγόρ-ας, *Pythagoras ;* G. Πυθαγόρ-ου.
V. Πυθαγόρ-α. in ceteris ut ρα.

4. -της habet * α vocativi ; -ης autem η, vel α. sic ;

N. ποιητὴς, V. ποιητὰ, *poeta.*
N. λῃστὴς, V. λῃστὴ vel λῃστά, *latro.*

Nomina Declinationis PRIMAE declinanda.

λῦπη, *dolor.*	μέλισσα, *apis.*	λύρα, *lyra.*
Ατρείδης, *Atrides,*	δεσπότης, *dominus.*	Βορέας, *Boreas.*
τύχη, *fortuna.*	Εὐαγόρας, *Euagoras.*	θάλασσα, *mare.*
καρδία, *cor.*	Πηλείδης, *Pelides.*	κριτὴς, *judex.*
Ορέστης, *Orestes.*	Καλλίας, *Callias.*	δόξα, *opinio.*
κιθάρα, *cithara.*	ὀργὴ, *ira.*	ῥίζα, *radix.*
θύρα, *ostium.*	ἀκοντιστὴς, *jaculator.*	τραυματίας, *saucius.*
ἡλικία, *tempus ætatis.*	θύελλα, *tempestas.*	ἐλαία, *olea.*
Αφροδῖτη, *Venus.*	Θυέστης, *Thyestes.*	προφήτης, *propheta.*
μαθητὴς, *discipulus.*	νύμφη, *nympha.*	ἑστία, *focus.*
δίψα, *sitis.*	Χαβρίας, *Chabrias.*	τοξότης, *sagittarius.*
σελήνη, *luna.*	γλῶσσα, *lingua.*	εὐδία, *serenitas.*
σοφιστὴς, *sophista.*	ἀγορὰ, *forum.*	εἰρήνη, *pax.*
πέλεια, *columba.*	τεχνῖτης, *artifex.*	σοφία, *sapientia.*
Αἰνείας, *Aeneas.*	ἡδονὴ, *voluptas.*	μέλαινα, *nigra.*
γέφυρα, *pons.*	γωνία, *angulus.*	τάλαινα, *misera.*
λύσσα, *rabies.*	βία, *vis.*	δίκη, *jus.*
κιθαριστὴς, *citharista.*	αὔρα, *aura.*	βουλὴ, *consilium.*
Αναξαγόρας, *Anaxag.*	ἀνία, *tristitia.*	μάχαιρα, *gladius.*

---

* Item Gentilia; ut Πέρσης, V. Πέρσα, *Persa.* Σκύθης, v. Σκύθα. Item Poetica in πης, ut κυνώπης, v. κυνώπα. Item composita ex πωλῶ, *vendo ;* μετρῶ, *metior ;* τρῖβω, *tero ;* ut βιβλιοπώλης, v. βιβλιοπώλα, &c.

ἀρετὴ, *virtus.* ἀγωνιςὴς, *certator.* φρονηματίας, *excelsus.*
Πριαμίδης, *Priamides.* νεφέλη, *nubes.* φαρέτρα, *pharetra.*
τέχνη, *ars.* Κριτίας, *Critias.* αἰτία, *causa.*

DECLINATIO SECUNDA

Duas habet terminationes; ος, et ον *.
ον semper neutrum; ος nunquam.

Paradigma Nominum in ος.

λόγος, *oratio.*

Sing.	Dual.	Plur.
N. λόγ-ος.	N. λόγ-ω.	N. λόγ-οι.
G. λόγ-ου.	G. λόγ-οιν.	G. λόγ-ων.
D. λόγ-ῳ.	D. λόγ-οιν.	D. λόγ-οις.
A. λόγ-ον.	A. λόγ-ω.	A. λόγ-ους.
V. λόγ-ε.	V. λόγ-ω.	V. λόγ-οι.

---

* Quædam nomina in ος, olim desinentia etiam in ον, habent pluralia plerumque neutra: sic ὁ δίφρος, currus, pl. τὰ δίφρα. ὁ ἐρετμὸς, pl. τὰ ἐρετμὰ. ὁ δεσμὸς. pl. τὰ δεσμὰ, nonnunquam etiam οἱ δεσμοὶ. ὁ λυχνὸς lucerna, τὰ λυχνὰ. ὁ ζυγὸς, jugum, τὰ ζυγὰ. ὁ μοχλὸς, vectis, τὰ μοχλὰ et μοχλοὺς. ὁ κυκλὸς, circulus, τὰ κύκλα. ὁ καὶ ἡ Ταρταρὸς, τὰ Ταρταρὰ. ὁ τραχηλὸς, collum, τὰ τραχηλὰ. ἡ κέλευθος, via, τὰ κέλευθα et τὰς κελεύθους.

Eodem modo declinantur etiam Nomina in ον, observatâ tertiâ regulâ generali.

sic, μέτρον, *mensura.*

Sing.	Dual.	Plur.
N. μέτρ-ον *.	N. μέτρ-ω.	N. μέτρ-α †.
G. μέτρ-ου.	G. μέτρ-οιν.	G. μέτρ-ων.
D. μέτρ-ῳ.	D. μέτρ-οιν.	D. μέτρ-οις.
A. μέτρ-ον.	V. μέτρ-ω.	A. μέτρ-α.
V. μέτρ-ον.	A. μέτρ-ω.	V. μέτρ-α.

* per reg. 3tiam gener. † per reg. 3tiam gener.

Nomina Declinationis SECUNDAE declinanda.

ἀγρὸς, *ager.*	δένδρον, *arbor.*	ἀδελφὸς, *frater.*
φῦλον, *tribus.*	φύλλον, *folium.*	ἄνθρωπος, *homo.*
κρίνον, *lilium.*	ἄμπελος, *vitis.*	ἄνεμος, *ventus.*
βίος, *vita.*	δρόμος, *cursus.*	μύρον, *unguentum.*
ἥλιος, *sol.*	ῥόδον, *rosa.*	θυμὸς, *animus.*
ὄνειρος, *somnium.*	κέντρον, *stimulus.*	παρθένος, *virgo.*
ὕπνος, *somnus.*	φόβος, *timor.*	τόξον, *arcus.*
φόνος, *cædes.*	στέφανος, *corona.*	σκῆπτρον, *sceptrum.*

Hic visum est subjicere Atticam declinationem, quae duas habet terminationes, scil. ως et ων. ως * masculini et feminini, ων neutri generis est. Sic λεὼς, *populus*, pro λαὸς.

---

* χρεὼς, *debitum*, excipitur.

Sing.	Dual.	Plur.
N. λεὼς.	N. λεὼ.	N. λεῴ.
G. λεω.	G. λεῴν.	G. λεῶν.
D. λεῴ.	D. λεῴν.	D. λεῴς.
A. λεὼν.	A. λεὼ.	A. λεὼς.
V. λεὼς.	V. λεὼ.	V. λεῴ.

Eodem modo declinantur νεὼς, *templum*: ταὼς, *pavo*: κάλως, *rudens*: λαγὼς, *lepus*: Μενέλεως, *Menelaus*. ἅλως, *area*.

In quibusdam ν excidit accusativo; scil. Ἄθως, ac. Ἄθω. Sic etiam Κέως, contr. Κῶς. Λαγὼς. Ἀπόλλως. ἕως. Μίνως. &c.

Ἀνώγεων, *cœnaculum*, neutri generis, ita flectitur.

Sing.	Dual.	Plur.
N. ἀνώγεων.	N. ἀνώγεω.	N. ἀνώγεω.
G. ἀνώγεω.	G. ἀνώγεῳν.	G. ἀνώγεων.
D. ἀνώγεῳ.	D. ἀνώγεῳν.	D. ἀνώγεῳς.
A. ἀνώγεων.	A. ἀνώγεω.	A. ἀνώγεω.
V. ἀνώγεων.	V. ἀνώγεω.	V. ἀνώγεω.

Sic etiam εὔγεων, *fertile*. ἵλεων, *propitium*. βαθύγεων, *profundum*, &c.

DECLINATIO TERTIA

Terminationes habet omnimodas praeter η; et omnia genera, et auget Nomen unâ syllabâ in casibus obliquis.

Paradigma Masculinorum et Femininorum.

Σωτὴρ, servator.

Sing.	Dual.	Plur.
N. Σωτὴρ.	N. Σωτῆρ-ε.	N. Σωτῆρ-ες.
G. Σωτῆρ-ος.	G. Σωτῆρ-οιν.	G. Σωτῆρ-ων.
D. Σωτῆρ-ι.	D. Σωτῆρ-οιν.	D. Σωτῆρ-σι.
A. Σωτῆρ-α.	A. Σωτῆρ-ε.	A. Σωτῆρ-ας.
V. Σωτὴρ.	V. Σωτῆρ-ε.	V. Σωτῆρ-ες.

Eodem modo declinantur etiam Nomina Neutra, observatâ tertiâ regula generali.

sic, *βῆμα, tribunal.*

Sing.	Dual.	Plur.
N. βῆμα *.	N. βήμα-τε.	N. βήμα-τα †.
G. βήμα-τος.	G. βήμα-τοιν.	G. βήμα-των.
D. βήμα-τι.	D. βήμα-τοιν.	D. βήμα-σι.
A. βῆμα.	A. βήμα-τε.	A. βήμα-τα.
V. βῆμα.	V. βήμα-τε.	V. βήμα-τα.

---

* per reg. 3tiam gener. † per reg. 3tiam gener.

DE FORMANDO GENITIVO.

REGULAE GENERALES TRES.

Si nomen non desinit in ς ;
postponitur terminatio, vel -ος, vel -τος.
sic ;

σίνηπι,	σινήπι-ος,	*sinapi.*
παίαν,	παιᾶν-ος,	*paean.*
Τιτᾶν,	Τιτᾶν-ος,	*Titan.*
μέλι,	μέλι-τος,	*mel.*
Ξενοφῶν,	Ξενοφῶν-τος,	*Xenophon.*

II.

Si nomen desinit in ς ;
abjecto ς, postponitur terminatio vel -ος, vel -τος, -δος, -θος. sic ;

ἥρως,	ἥρω-ος,	*heros.*
ἰχθυς,	ἰχθυ-ος,	*piscis.*
λαίλαψ,	λαίλαπ-ος,	*procella.*
λέβης,	λέβη-τος,	*lebes.*
ἄναξ,	ἄνακ-τος,	*princeps.*
λάμπας,	λάμπα-δος,	*lampas.*
ὄρνις,	ὄρνῑ-θος,	*avis.*

Sed, praeterea ; in multis nominibus utri-

usque Regulae, corripitur syllaba praecedens terminationem addendam.

Id fit tribus modis.

1. Diphthongus abjicit subjunctivam.
2. Vocalis longa mutatur in suam brevem.
3. Ancipites, ι et υ, mutantur in brevem ε. sic ;*

1.

βασιλέυς,	βασιλέ-ος †,	*rex.*
βοῦς,	βο-ός,	*bos.*
γραῦς,	γρά-ος,	*vetula.*
ναῦς,	να-ός,	*navis.*

2.

ποιμήν,	ποιμέν-ος,	*pastor.*
πατήρ,	πατέρ-ος,	*pater.*
Λητώ,	Λητό-ος,	*Latona.*
κανών,	κανόν-ος,	*regula.*
δράκων,	δράκον-τος,	*draco.*
αἰδώς, ‡	αἰδό-ος,	*pudor.*
τετυφώς,	τετυφό-τος,	*qui verberavit.*

* Nomina in υς saepe retinent υ in genit. ut ἴχθυς, ἴχθυος, στάχυς, υος &c.

† Genitivus masculinorum in ευς exit saepissime in εως Atticè, et nonnunquam Ionicè. Nominativus pluralis apud veteres Atticos in ῆς.

‡ Sic γάλοως, *glos.* in Gen. P. γάλοων. Hom. IL. ω'. 769.

3.

δύναμις, *	δυνάμ-εος,	*potentia.*
πόλις,	πόλε-ος,	*urbs.*
πῶϋ,	πώε-ος,	*grex.*
ἄϝυ, †	ἄϝε-ος,	*urbs.*

III.

Substantiva in ος, quoniam jam habent terminationem genitivi, tantum interponunt ε ante ος, ut augeantur, et sunt omnia neutra. sic;

τεῖχος,	τείχ-εος,	*murus.*
μέρος,	μέρ-εος,	*pars.*

REGULAE SPECIALES DUAE.

1. Adjectivorum in ις et ους ‡, genitivus masculini generis, per regulas formatus, est etiam genitivus neutri. sic;

M. φιλόπατρις, φιλόπατρι-δος, } *patriae amans.*
N. φιλόπατρι, φιλόπατρι-δος, }

---

* ι fere ab Ionicis scriptoribus retinetur.

† Sequentia in υ analogiam genitivi respuunt. scil. δόρυ, *hasta:* gen. δόρυος, et per metathesin δουρὸς, nonnunquam etiam δορὸς et in dat. δορὶ, &c. δόρατος, quod etiam genitivus ejusdem dicitur, revera est ab antiquo δόρας formatum.

γόνυ, *genu,* gen. γόνυος et per metath. γουνὸς: γόνατος est ab antiquo γόνας.

δάκρυ, *lacrima,* gen. δάκρυος.

‡ Scilicet composita ex ποῦς, *pes.*

M. δίπους,	δίπο-δος,	*mas bipes.*
N. δίπουν,	δίπο-δος,	*animal bipes.*

2. At, vice versa, adjectivorum non in ις, vel ους, genitivus neutri generis, per regulas formatus, est etiam genitivus masculini.

Atque ita in participiis universis; et in his genitivus semper in -τος. sic;

ADJECTIVA.

Masc.	Neut.	genitivus utriusque.	
τέρην,	τέρεν,	τέρεν-ος,	*tener.*
ἀληθής,	ἀληθές,	ἀληθέ-ος,	*verus.*
μέλας,	μέλαν,	μέλαν-ος,	*niger.*
χαρίεις,	χαρίεν,	χαρίεν-τος,	*venustus.*

PARTICIPIA.

ςὰς,	ςὰν,	ςάν-τος,	*stans.*
τύπων,	τύπον,	τύπον-τος,	*qui verberavit.*
τυπῶν,	τυποῦν,	τυποῦν-τος,	*verberaturus.*

Eâdem ratione genitivum formant nomina quaedam propria, appellativa, et ejusmodi, quae primitus fuere participia vel adjectiva.

Sic; Αἴας, *Ajax*, olim fuit participium, habens neutrum Αἴαν; quare genitivus est Αἴαν-τος. sic;

Πολυδάμας,	Πολυδάμαν-τος,	*Polydamas.*
γίγας,	γίγαν-τος,	*gigas.*

Sic etiam κτὲς, *pecten*, olim fuit adjectivum, habens neutrum κτὲν; quare genitivus est κτενὸς; et Σιμόεις, *Simois*, Σιμόεν-τος.*

Atque hae sunt regulae pro genitivo.

Ceterum, usu et aure, facile dignoscitur quando addenda sit -ος, et quando -τος, vel -δος, vel -θος.

τηρ, -τερος patitur Syncopen in casibus obliquis. sic;

πατήρ,	πατέρος,	πατρὸς;	*pater.*
	πατέρι,	πατρὶ,	
	πατέρες,	πατρὲς, &c.	
μήτηρ,	μητέρος,	μητρὸς, &c.†	*mater.*
θυγάτηρ,	θυγατέρος,	θυγατρὸς, &c.	*filia.*

* Verisimile est haec et multa alia primitus fuisse participia, quorum rectus casus vel in ντς vel ν̣ς, olim desinebat. Eodem modo formari videntur quo participia verborum ἵστημι, τίθημι aliorumque. Participium ἵστημι primitus fuisse videtur ἱστὰντς; postea ἱστὰνς, et denique ἱστὰς. Latinum verbum *sto*, idem ac στάω, participii similem formam habet, nempe *stans*, et in genitivo *stantis*, quod antiquam terminationem participii cum Latini tum Græci clarè demonstrat. τίθημι, habebat τιθέντς, deinde τιθὲνς et postremò τιθεὶς. Utramque esse antiquam terminationem vel ex hoc apparet quod Homerus habet et Σαρπηδόνα, ex nominativo Σαρπηδὸνς, et Σαρπήδοντος ex Σαρπηδὸντς. Vide IL. M'. 307 et 379. Sic etiam Αἴας, primitus erat Αἴαντς, habens genitivum Αἴαντος. Σιμόεις, Σιμόεντς, et in genitivo Σιμόεντος. At Græci, quippe quibus Euphonia maxime erat studio, consonantem τ primo ex nominativo ejiciebant, et postea ν quoque e medio tollebant, vel in quibusdam in ι mutabant. Retinebant autem in casibus obliquis.

† Sed πατέρα, μητέρα, &c. sine syncope; scil. in casibus ubi non distinguerentur a πάτρα, *patria*, μήτρα, *alvus*.

Item ἀνήρ, ἀνέρος, ἄνδρος, &c. *vir*. ubi, praeter Syncopen, inseritur δ; quia Graeci nunquam, in eadem voce, proferebant ρ proxime post ν.

DE ACCUSATIVO.

Accusativus interdum non desinit in α*, scil.

1. Genitivus in ος purum †: ab ις, υς, αυς, et ους, habet ν, ex ς nominativi. sic;

ὄφις,	ὄφι-ος,	ὄφιν,	*serpens.*
βοτρυς,	βότρυ-ος,	βότρυν,	*racemus.*
ναῦς,	νᾶ-ὸς,	ναῦν,	*navis.*
βοῦς,	βο-ὸς,	βοῦν,	*bos.*

Item, λᾶας, χάρις, habent ν.

λᾶας,	λάαος,	λᾶαν,	*lapis.*
χάρις ‡,	χάριτος,	χάριν,§	*gratia.*

---

* Quaedam in ης habent accusativum plerumque in ν desinentem, tanquam ex prima declinatione: Sic Σωκράτης, gen. Σωκράτεος, ac. Σωκράτην. Τισσαφέρνης, Τισσαφέρνην. Sed hoc ad Atticam dialectum referendum est.

† i. e. ος post vocalem non longam.

‡ Et interdum alia, quae scilicet apud Iônes habebant -ος purum, ut Ἄρτεμις, g. Ἀρτέμιδος vel Ἀρτέμιος, ac. Ἀρτέμιδα vel Ἄρτεμιν.

Apud Atticos Scriptores pauca etiam, non in ος purum desinentia, habebant ν ex σ nominativi: Forsan ex antiquo more. Sic Θέογνις, ιδος, ac. Θεόγνιν. Vide Lysiæ. Orat. contr. Eratosth. Collect. Maj. vol. I. p. 132.

§ Χάρις, una Gratiarum, habet Χάριτα.

Excipitur Δίς, Δί-ος, *Jupiter*, habens Δία.

2. -υς, -εος, et composita ex ποῦς, *pes*, habent vel α, vel ν. sic ;

ὠκὺς,	ὠκέα,	vel ὤκυν,	*celer.*
δίπους,	δίποδα,	vel δίπουν,	*bipes.*
βραδύπους,	βραδύποδα,	vel βραδύπουν,	*tardipes.*

DE VOCATIVO.

Vocativus est, plerumque, similis nominativo. sed ;*

1. In Substantivis.

1. Vocalis brevis genitivi, ex longâ nominativi, manet in Vocativo. sic ;

Nom.	Gen.	Voc.
πάτηρ,	πατέρ-ος,	πάτερ.
Δημοσθένης,	Δημοσθέν-εος,	Δημόσθενες.
Ἕκτωρ,	Ἕκτορ-ος,	Ἕκτορ.

2. -ος purum non ab -ης, abjicit ς nominativi †. sic ;

Nom.	Gen.	Voc.	
βασιλεύς,	βασιλέ-ος,	βασιλεῦ,	*rex.*
βοῦς,	βό-ος,	βοῦ,	*bos.*

---

* Nomina in ω vel ως habent οῖ vocativi.

† Attici Poëtae nonnunquam hanc legem negligunt: ut ὦ πόλις. Eurip.

ὄφις,	ὄφι-ος,	ὄφι,	*serpens.*
βότρυς,	βότρυ-ος,	βότρυ,	*racemus.*
δρῦς,	δρύ-ος,	δρῦ,	*quercus.*
ἰχθῦς,	ἰχθύ-ος,	ἰχθῦ,	*piscis.*

Item,

παῖς,	παῖδος,	παῖ,	*puer.*

II. In Adjectivis.

Vocativus masculinus * plerumque est similis nominativo neutro. sic;

N. Masc.	N. Neut.	V. Masc,	
ἀληθὴς,	ἀληθὲς,	ἀληθὲς,	*verus.*
ἐλεήμων,	ἐλέημον,	ἐλέημον,	*misericors.*
δίπους,	δίπουν,	δίπουν,	*bipes.*
μέλας,	μέλαν,	μέλαν,	*niger.*
χαρίεις,	χαρίεν,	χαρίεν,	*venustus.*

Idem fit in multis nominibus propriis, &c. quae, primitus, fuere participia, vel adjectiva. sic;

N. Αἴας,	V. Αἴαν,	*Ajax.*
N. Πολυδάμας,	V. Πολυδάμαν,	*Polydamas.*
N. Σιμόεις,	V. Σιμόεν,	*Simois.*

* Attici Poëtae nonnunquam vocativum mascul. eundem quem nomin. reddunt. sic δυστύχης γέρον. Eurip. Attici vocativum femininum saepe eundum ac nominativum neutrum habent, quanquam in nominativo est primae declinationis; ut ἕασον αὐτοὺς, ὦ τάλαν. Eurip. Med. 1053. γλύκιστη Πραξαγόρα, σκέψαι τάλαν. Aristoph.

DE DATIVO PLURALI.

Dativus Pluralis formatur a dativo singulari, inserendo σ ante ι. sic;

	D. Sing.	D. Plur.	
ῥήτωρ,	ῥήτορ-ι,	ῥήτορ-σ-ι,	*orator.*
ἀληθής,	ἀληθέ-ι,	ἀληθέ-σ-ι,	*verus.*
ἥδυ,	ἥδε-ι,	ἥδε-σ-ι,	*dulce.*
κόραξ,	κόρακ-ι,	κόραξ-ι,	*corvus.*
Ἄραψ,	Ἄραβ-ι,	Ἄραψ-ι,	*Arabs.*

Ante σι resumitur abjecta vocalis nominativi; sed assumpta consonans genitivi rejicitur; rejicitur etiam ν*. sic;

βασιλεύς,	βασιλέ-ι,	βασιλεῦ-σι,	*rex.*
βοῦς,	βό-ι,	βοῦ-σι,	*bos.*
λέβης,	λέβη-τι,	λέβη-σι,	*lebes.*
λαμπάς,	λαμπά-δι,	λαμπά-σι,	*lucerna.*
ὄρνις,	ὄρνῑ-θι,	ὄρνῑ-σι,	*avis.*
ποιμήν,	ποιμέ-νι,	ποιμέ-σι,	*pastor.*
ϛάς,	ϛάν-τι,	ϛᾶ-σι,	*stans.*
χαρίεις,	χαρίεν-τι,	χαρίει-σι,	*venustus.*

---

* Vide etiam de formando FUT. I. regulam specialem in MUTIS.

Excipiuntur πᾶς, κτεὶς, ἐδεὶς, μηδεὶς*; quae non resumunt abjectam vocalem nominativi.

	D. Sing.	D. Plur.	
ποῦς,	πο-δὶ,	πο-σὶ,	*pes.*
κτεὶς,	κτε-νὶ,	κτε-σὶ,	*pecten.*
οὐδεὶς,	οὐδέ-νι,	οὐδέ-σι,	*nullus.*
μηδεὶς,	μηδέ-νι,	μηδέ-σι,	*nullus.*

τηρ -τερος, post syncopen habet -ασι. sic;

θυγάτηρ,	θυγατέρι,	θυγατρὶ,	θυγατράσι,	*filia.*
πατὴρ,	πατέρ-ι,	πατρὶ,	πατράσι,	*pater.*

Item, ἀνὴρ, ἀνέρι, ἀνδρὶ, ἀνδράσι, *vir.*

Excipitur γαςὴρ, *venter*; γαςέρι, γαςῆρσι.

-οντι singularis mutatur in -ουσι. sic;

τύπτων,	τύπτοντι,	τύπτουσι,	*verberans.*
λέων,	λέοντι,	λέουσι,	*leo.*

ADDENDA.

I. Defectiva Nomina.

1. Quaedam carent genitivo et dativo; ut δέμας, *corpus*; σέλας, *fulgor*; λέπας, *rupes*; ἧδος, *suavitas*; ὄφελος, *utilitas*; βρέτας, *simulacrum*; ὄναρ, *somnium*; σέβας, *veneratio*, &c.

---

* Excipiuntur quia antiqui nominativi revera fuisse videntur πὸδς, κτὲνς, οὐδὲνς, μηδὲνς: Prior consonantium, quae in obliquis casibus retinebatur, cum lingua molliri caepta est, in vocalem, diphthongum propriam cum vocali ejusdem syllabae facientem, mutabatur.

2. Nomina festorum: quaedam etiam urbium cum paucis aliis carent singulari numero; ut τὰ Διονῦσια, *Liberalia*; τὰ Μέγαρα, *Megara*; τὰ ἐπιτίμια, *mulcta, poena*, &c.

3. Multa carent duali et plerumque plurali numero: ut ἀὴρ, *aër*; ἅλς, *mare*; γῆ, *terra*; πῦρ, *ignis*; ἔλαιον, *oleum*, &c.

II. Patronymica.

1. Patronymica masculina desinunt plerumque in δης, formata, ut verisimile est, a Dativo singulari nominum propriorum: Sic Νέστωρ, D. Νέστορι, patr. Νεστορίδης. Πηλεὺς, d. Πήλεϊ et Ionice Πηλεΐ, patr. Πηλεΐδης, vel Πηληΐδης, vel per Epenthesin α, Πηληϊάδης.

Quaedam in ων; ut Πηλείων, idem quod Πηληΐδης. Κρονίων, *Saturnius*.

2. Patronymica fœminina desinunt vel in ς vel ινη vel ωνη; ut Νέστορις, Χρυσηΐς, Ἀδραστίνη, Ἰκαριώνη, &c.

DE ARTICULO.

ARTICULUS est vox adjectiva trium generum. terminationes nominativi sunt irregulares. in obliquis, Genus masculinum et Neutrum sunt declinationis secundae; femininum est primae. caret vocativo; et inflectitur sic;

Sing.

N.	ὁ,	ἡ,	τὸ.
G.	τοῦ,	τῆς,	τοῦ.
D.	τῷ,	τῇ,	τῷ.
A.	τὸν,	τὴν,	τὸ.

Dual.

N. A.	τὼ,	τὰ,	τὼ.
G. D.	τοῖν,	ταῖν,	τοῖν.

Plur.

N.	οἱ,	αἱ,	τὰ,
G.	τῶν,	τῶν,	τῶν.
D.	τοῖς,	ταῖς,	τοῖς.
A.	τοὺς,	τὰς,	τὰ.

Graeci loquebantur INDETERMINATE, proferendo nomina per se; DETERMINATE, praeponendo ARTICULUM. in Britannia loquimur indeterminatè, praeponendo Articulum *a*; et determinatè, praeponendo Articulum *the*. sic, ἄνθρωπος, *a man*; ὁ ἄνθρωπος, *the man*.

Hic quidem est usus Articuli Graeci NATURALIS; at a Grammaticis Arte adhiberi solet ut distinguant nominum genera et casus.

DE GENERIBUS SUBSTANTIVORUM DECLINATIONIS TERTIAE.

Quatenus ex terminatione semper determinantur.

Masculina semper ευς, *plerumque** υς in -ος purum crescens, et αν. sic;

---

* Nam plures sunt exceptiones, ut γενύς, γενύος, ἡ, *mensura*; γῆρυς, υος, ὁ, *vox*; ὀσφὺς, υος, ἡ, *lumbus*, *ilia*, &c.

ευς,	ὀχεὺς,	ὀχέος,	ὁ,	*retinaculum.*
υς -εος,	πῆχυς,	πήχεος,	ὁ,	*cubitus.*
υς -υος,	βότρυς,	βότρυος,	ὁ,	*racemus.*
αν,	παιὰν,	παιᾶνος,	ὁ,	*paean.*

Feminina semper ας -αδος, της -τητος, αυς, ω, et ις verbale.

sic;

ας -αδος,	λαμπὰς,	λαμπάδος,	ἡ,	*lampas.*
της -τητος,	κακότης,	κακότητος,	ἡ,	*malitia.*
αυς,	ναῦς,	ναὸς,	ἡ,	*navis.*
ω,	φειδὼ,	φειδόος,	ἡ,	*parsimonia.*
ις verbale,	φύσις,	φύσεος,	ἡ,	*natura.*

Neutraque sunt semper α, ι, υ, ας -ατος, et ος.

α,	βῆμα,	βήματος,	τὸ,	*tribunal.*
ι,	μέλι,	μέλιτος,	τὸ,	*mel.*
υ,	πῶϋ,	πώεος,	τὸ,	*grex.*
ας -ατος,	κρέας,	κρέατος,	τὸ,	*caro.*
ος,	τεῖχος,	τείχεος,	τὸ,	*murus.*

De Contractionibus.

In concursu vocalium, si duae syllabae vertuntur in unam, vocatur Contractio.

Contractio sine variatione vocalium vocatur Synaeresis.

sic;

τείχεϊ, τείχει.

Contractio cum variatione vocalium vocatur Crasis.

sic;

Δημοσθένεες, Δημοσθένεις.
τέιχεα, τέιχη.

Contractio saepe fit, sed non semper.

In Contractionum regulis, meminerint discentes;

duas esse Vocales breves, ε, ο;
quae habent suas longas, η, ω;
et suas diphthongos, ει, ου;

CONTRACTIONES DECL. I. *

Non fit contractio nisi prior vocalis vel est brevis, vel α pro brevi sumpta. et Nominativus contractus declinatur deinde regulariter.

REGULAE.

1. εα sine ρ, mutabis in η.
2. in ρεα, et reliquis, per crasin contrahe.

---

* In statuendis Contractionum regulis fallitur vir egregius, Jac. Moor, earum ratione parum intellecta. Contractio fieri non potest si prior vel posterior duarum vocalium eliditur: Nam, si utraque brevis est, altera brevis restet, necesse est. Sic, πορφυρέα, quae est nom. pl. neut. adj. πορφυρέος, habet ultimam syllabam brevem. Secundum regulam, ε elidendum est, et eo facto, quid sequitur? Num α pro brevi aut longa habenda est? pro brevi certè. Sic etiam δρύες vel δρύας: ὀφρύες; Ερινύες; vel Ερινύας: ὄρνιες &c. omnia quae habent duas ultimas syllabas breves. Verum si regula VIII. De Contr. 3 decl. observanda est, δρῦς, ὀφρῦς, ὄρνις et similia, ultimas, non longas sed breves perhibeant oportet. Quam incauta vulgata sit, ostendent sequentia exempla.

κάππεσ' ἐφ' ὑψηλοῦ πύργου, λίπε δ' ὀστέα θυμός.—Il. Μ'. 12.
– ⏑ ⏑ |– –| – – | – ⏑ ⏑| – ⏑⏑| – –

μὴ δῶς τάδ' ὀστᾶ τοῖσδ' ἐς Αργείαν χθόνα.—Eurip. Suppl. 1184.
– – | ⏑ –| – – |

ὀστᾶ φερεται· λάβετ' ἀμφίπολοι. Id. 1115.
– –| ⏑⏑ – | ⏑ ⏑ – |⏑ ⏑ –

ἔστασαν, ὡς ὅτε τε δρυες, οὔρεσιν ὑψικαρήνοι. Il. Μ'. 132.
– ⏑ ⏑ |– ⏑⏑|– ⏑⏑ |

πολλὰς τε δρῦς ἀΐζαλεας. Il. Λ'. 494.
– – |– – |

1.

γέα, *terra*, γῆ; G. γῆς, D. γῇ; &c.
λεον̓έα, *leonina*, λεον̓ῆ; G. λεον̓ῆς, D. λεοντῇ; &c.
χρῡσέα, *aurea*, χρυσῆ; G. χρυσῆς, D. χρυσῇ; &c.
Ἑρμέας, *Mercurius*, Ἑρμῆς; G. Ἑρμᾶ, D. Ἑρμῇ; &c.

2.

πορφυρέα, *purpurea*, πορφυρᾶ; G. πορφυρᾶς; &c.
ἁπλόη, *simplex*, ἁπλῆ; G. ἁπλῆς; &c.

οὕτω κεν τῆς μητρὸς ἐριννύας ἐξαποτίνοις. Il. Φ'. 412.
– – | – – | – ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ |

πολλὰ κατηρᾶτο, στυγερὰς δ' ἐκέκλετ' Ἐριννῦς. Il. Γ'. 454.

καὶ μὴν ὁδὶ τις τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακὼς. Aristoph. Achar. 1068.
– – | ⏑ – | – – | ⏑ ⏑ – |

ἔαν δὲ τοὺς ὄρνις ἔχητε συμμάχους. Id. Ar. 1610.
⏑ – | ⏑ – | – – |

Meo quidem arbitrio haec rei ratio est. Graeci, imprimis Attici, ne concurrentes vocales sonantibus moram facerent, e duabus syllabis unam tantum efferebant, ita tamen, ut, altera vocali pleno ore pronunciata, altera, exili et acuto quodam sono, raptim in illam mergeretur. Exempli gr. Si quando ποιέω in ποιῶ contrahebant, sonus τοῦ ἑ haud totum periit, sed cum ῶ quodammodo audiebatur; idque ostendit accentus circumflexus, qui ex acuto et gravi, ut omnibus satis notum est, oritur: Nam cum ἑ acutum habet, ὼ gravem habeat necesse est; hique inter se conjuncti circumflexum faciunt. Verum, si ἑ ejiciatur, quod jubet reg. v. qua ratione, quaeso, circumflexus in ῶ poni possit? Sin autem πορφυρέα in πορφυρᾶ contrahas, vel Ἡρακλέης in Ἡρακλῆς, duas vocales junctas obtines, prioris vocis in ᾶ, posterioris in ῆ, utrisque quodam sono ἑ commixtis. Idem factum in ὀστέα, c. ὀστᾶ. δρύες c. δρῦς et aliis ejusmodi tenendum est. Nulla enim vocalis in contractionibus omnino perit, sed suum quaeque vel

Αθηνάα, *Minerva*; Αθηνᾶ *; G. Αθηνᾶς; D. Αθηνᾷ; &c.
μνάα, *mina*, μνᾶ; G. μνᾶς, D. μνᾷ; &c.
Απελλέης, *Apelles*, Απελλῆς; G. Απελλῆ; &c.

CONTRACTIONES DECL. II.

Non fit contractio nisi prior est brevis;

REGULAE.

1. Si sequitur brevis†, mutabis in ου;
2. Si non, per crasin contrahe. sic;

πορφυρέον, *purpureum*.

Reg.	1.	πορφυρέον,	πορφυροῦν.
	2.	πορφυρέου,	πορφυροῦ.
	2.	πορφυρέῳ,	πορφυρῷ.
		πορφυρέα,	πορφυρᾶ.
	2.	πορφυρέοις,	πορφυροῖς, &c.
διπλόον, *duplex*.	1.	διπλόον,	διπλοῦν.
	2.	διπλόου,	διπλοῦ.
	2.	διπλόῳ,	διπλῷ.

---

majorem vel minorem sonitum habet, quem quidem, quanquam nostris rigidis linguis paulo difficiliorem, Graeci, quibus vocis instrumenta multo flexiora, summa cum venustate, mihi persuadeo, modulabantur. Hoc fundamento igitur jacto, regulas contractionum universales superimponere statui.

* Vide notam †, page 8.

† Excipe α, quae cum priore per crasin contrahitur.

		διπλόα,	διπλᾶ.
	2.	διπλοόις,	διπλοῖς, &c.
νόος, *mens.*	1.	νόος *,	νοῦς.
	2.	νόου,	νοῦ.
	2.	νόῳ,	νῷ.
	1.	νόον,	νοῦν.
	1.	νόε,	νοῦ. sic etiam,

ῥόος,	*fluxus.*	διπλόος,	*duplex.*
πορφυρέος,	*purpureus.*	ἀργυρέος,	*argenteus.*
πλόος,	*navigatio.*	ὀστέον,	*os.*

εε vocativi non contrahitur.

CONTRACTIONES DECL. III.

In obliquis non fit Contractio nisi prior vocalis vel est brevis, vel anceps pro brevi sumta.

Sequentes REGULAE sunt UNIVERSALES, tum pro Contractionibus declinationis tertiae, tum etiam pro verbis omnibus utriusque conjugationis quae contractionem quamvis patiuntur.

---

* Composita ex νόος et ῥόος non contrahuntur in nominativo et genitivo plurali.

Contrahitur;

I. Brevis ante se, in suam diphthongum; Sed εε * dualis in η.

II. Brevis ante alteram brevem, in ου.

III. Brevis ante α, in suam longam. Sed εα purum in α.

IV. Brevis ante ι, per Synaeresin.

V. ε ante longam vel diphthongum, per crasin contrahitur.

VI. 1. ο-μικρὸν ante longam, in ω-μέγα.

2. ο μικρὸν ante diphthongum; in verbis, cum subjunctiva contrahitur, in adjectivis, cum praepositiva.

Sed οειν, ejectâ ι, per crasin.

VII. 1. α ante ο vel ω, in ω-μέγα.

2. α non ante ο vel ω, in α; si adfuerit ι, subscribitur post contractionem.

VIII. Si prior vocalis est ι, vel υ, vel longa; per crasin contrahitur.

---

* Saltem ita Grammatici; sed εε dualis etiam fit in ει secundum regulam, apud ipsos Scriptores Graecos, sic σκέλεε, σκέλει; et in Æschine Socratico πόλεε, πόλεί; ταρίχεε, ταρίχει; apud Jo. Lascarin in Gram. p. 223. in fine, et p. 225. initio, *Venetiis*, ap. Aldi F. 1557. ceterum exceptio haec introducta videtur, ut distinguerent Nominativum Dualem a Dativo Singulari.

REGULAE CUM EXEMPLIS.

I. Brevis ante se, in suam diphthongum.
sic; in obliquis;

Δημοσθένεες, Δημοσθένεας.
Λητόος, Λητοῦς.

in verbis; φιλέετε, φιλεῖτε, *amatis.*
δηλόομεν, δηλοῦμεν, *declaramus.*

Sed εε dualis in η.
sic; Δημοσθένεε, Δημοσθένη.

II. Brevis ante alteram brevem, in ου.
sic; in nominativis;

μελιτόεν, μελιτοῦν; *mellitum.*

in obliquis;

Δημοσθένεος, Δημοσθένους.
βόες, βους.

in verbis;

φιλέομεν, φιλοῦμεν; *amamus.*
δηλόετε, δηλοῦτε; *declaratis.*

III. Brevis ante α, in suam longam.
sic; in nominativis;

ἔαρ, ἦρ; *ver.*
κέαρ, κῆρ; *cor.*

in obliquis;

Δημοσθένεα, Δημοσθένη.
Λητόα, Λητῶ.

Sed εα purum, in α.
sic; in obliquis;

Πειραίευς,* *Piraeus.*
A. Πειραιέα, Πειραιᾶ.
χρέος, *debitum.*
N. P. χρέεα, χρέα.

IV. Brevis ante ι, per synaeresin †.
sic; in obliquis;

Δημοσθένεϊ, Δημοσθένει.
Λητόϊ, Λητοῖ.

V. ε, ante longum vel diphthongum, per crasin contrahitur.
sic; in nominativis;

Ἡρακλέης, Ἡρακλῆς, *Hercules.*

in obliquis;

Δημοσθενέων, Δημοσθενῶν.
Δημοσθενέοιν, Δημοσθενοῖν.

---

* Genitivus in έως puro ab Atticis contrahitur in ῶς; sic, Πειραιῶς Atticè contr. pro Πειραιέως, etiamque in Dativo; Πειραιέϊ. Πειραιεῖ. Lys. Orat. contr. Eratosth.

† Ut et α pro brevi. sic; ἐλάω, *agito;* ἐλαύνω, ἐλάυνω.

in verbis;

φιλέω,	φιλῶ;	*amo.*
φιλέεις,	φιλεῖς;	*amas.*

VI. 1. ο-μικρὸν ante longam, in ω-μέγα.

2. ο-μικρὸν ante diphthongum, in verbis, cum subjunctiva contrahitur, in adjectivis, cum praepositiva.

1.

δηλόω,	δηλῶ,	*declaro.*
δηλόητε,	δηλῶτε,	*declaretis.*

2.

δηλόει,	δηλοῖ,	*declarat.*
δηλόοι,	δηλοῖ,	*declararet.*
δηλόῃ,	δηλοῖ,	*declaret.*
δηλόου,	δηλοῦ,	*declarare tu.*
μελιτόεις,	μελιτοῦς,	*mellitus.*

Sed -οειν, ejecta ι, per crasin *.

sic;

δηλόειν, δηλοῦν, *declarare.* per Reg. II.

---

* Non est, reverâ, exceptio; etsi ita hic ponatur, in gratiam tyronum; nam infinitivus antiquissimus fuit δηλοέμεναι; deinde Doricè, δηλόεμεν; postea, Ionicè, eliso -με-, δήλοεν; tandem, Atticè, δηλοῦν. scil. in -μι, et puris, elidebant -με: in non puris, -μ- tantum.

VII. 1. α ante ο* vel ω, in ω.

2. α non ante ο vel ω, in α.

In Diphthongis, contractio fit cum praepositiva; et, si adfuerit ι, subscribitur post contractionem †.

sic;

In obliquis neutrorum in ας purum et ρας; in quibus eliditur τ, ut fiat concursus vocalium.

1.

κέρας, *cornu.*

κέρατος,	κέραος,	κέρως.
κεράτων,	κεράων,	κέρων.
κεράτοιν,	κεράοιν,	κέρῳν.

in verbis;

τιμάομεν,	τιμῶμεν,	*honoramus.*
τιμάω,	τιμῶ,	*honoro.*
τιμάουσι,	τιμῶσι,	*honorant.*

2.

In Nominativis, λᾶας, λᾶς, *lapis.*

in obliquis;

κέρατα,	κέραα,	κέρα ‡
κέρατε,	κέραε,	κέρα.
κέρατι,	κέραϊ,	κέρᾳ.

* Scil. vel ante ο per se, vel ante ο diphthongi.

† Et, in omni contractione, ι rejecta ante crasin factam semper subscribitur post crasin, si faciet diphthongum impropriam; quod quidem ubique facit nisi in οειν infinitivi; ejecta ι, οεν, contracte ουν. ut in reg. VI.

‡ In nonnullis vocibus ubi τ eliditur α non semper est longa.

in verbis ;

τιμάει,	τιμᾷ,	*honorat.*
τιμάῃ,	πιμᾷ,	*honoret.*

VIII. Si prior vocalis est ι, vel υ, vel longa, per crasin contrahitur.

sic ; ὄφις, *serpens.*

N. P. ὄφιες,	ὄφις.	
ὄφιϊ,	ὄφι.	

σίνηπι, *sinapi.*

σινήπια,	σίνηπι.

βότρυς,	*racemus.*	
βότρυες,	βότρυς.	
τιμήεν,	*honoratum.*	τιμῆν.*

Quotiescunque pro brevi habetur per syncopen vel apocopen facta est. Sequentia diversitatem ostendent.

– ⏑ ⏑ ⏑ –
και κρεα γε πρὸς τούτοισιν ἀνάδραστ᾽ εἴκοσιν. Aristoph. Bat. 561.

κρεᾰ habet α brevem in Hom. Il. 9′. 231. υ′. 217. λ′. 775. —— in Eurip. Cyclop. 126. κρέᾰ. α κέρα etiam Il. δ′. 109. χ′. 385· γέρᾰ. Il. β′. 237. ι. 334. At in Soph. Elect. 443.

γέρᾱ τάδ᾽ οὖν τάφοισι δέξασθαι νέκυς.

α in dativo γήρᾳ apud Eurip. Hecub. 203. est longa,

– – – – – – – – – –
γηρᾳ δειλαιῳ δειλαια συνδουλευσω.

ercul. τὰ δὲ κρέα τοῦ ταῦτ᾽ ἐστίν ;
⏑ ⏑ ⏑|⏑ – | – – –|⏑
Peisthet. ὄρνιθές τινες. Aristoph. Av. 1583.
–| – – | ⏑ –

Vide Maltby Thes. vol. I. c. xxiv. p. 79.

* In verbis ; τίθησαι, eliso σ, τίθηαι, contracte τιθῇ.

N.B. Per has regulas contrahuntur etiam σάος, et σόος, *salvus* ; in iis casibus qui reperiuntur contracti. scil.

σάος, σῶς. VII. 1. σάον, σῶν. VII. 1. σάα, σᾶ. VII. 2.
σαους, σῶς. VII. 1. σόας, σῶς. III.

REGULAE SPECIALES CONTRACTORUM DECL. III.

1. Accusativus pluralis (*contractus*) * est similis nominativo contracto.

sic;

Δημοσθένεες, Δημοσθένεας,	Δημοσθένεις.
ὄφιες, ὄφιας,	ὄφις.
βότρυες, βότρυας,	βότρυς.

2. Genitivus in -εος, ab ης, ες, ος, contrahit concursus omnes; item -οος, non ab ους; ut et ας purum et ρας.

Paradigma Genitivi in -εος, ab ης, ης, ες, ος.

Sing.

N.	Δημοσθένης.	
G.	Δημοσθένεος,	Δημοσθένους.
D.	Δημοσθένεϊ,	Δημοσθένει.
A.	Δημοσθένεα,	Δημοσθένη.
V.	Δημοσθένες.	

* Attici raro contrahebant accusativum plural. in εας desinentem, ab ευς - εος vel έως nominativi et genitivi: haud semper ab υς et ης. υας in υς semper contrahebant.

Dual.

N. A. V.	Δημοσθένεε,	Δημοσθένη.
G. D.	Δημοσθενέοιν,	Δημοσθενοῖν.

Plur.

N. V.	Δημοσθένεες,	Δημοσθένεις.
G.	Δημοσθενέων,	Δημοσθενῶν.
D.	Δημοσθένεσι.	
A.	Δημοσθένεας,	Δημοσθένεις.

Paradigma Genitivi in -οος non ab ους ;
Scilicet femininorum in ω et ως.

Sing.

N.	Λητώ,	*Latona.*
G.	Λητόος,	Λητοῦς.
D.	Λητόϊ,	Λητοῖ.
A.	Λητόα,	Λητῷ.
V.	Λητοῖ. *	

Paradigma neutrorum in ας purum et ρας.

Sing.

N. A. V.	κρέας,	*caro.*	
G.	κρέατος,	κρέαος,	κρέως.
D.	κρέατι,	κρέαϊ,	κρέᾳ.

* V. J. Lascaris Gram. p. 13.

Dual.

N. A. V.	κρέατε,	κρέαε,	κρέα.
G. D.	κρεάτοιν,	κρεάοιν,	κρέων.

Plur.

N. A. V.	κρέατα,	κρέαα,	κρέα.
G.	κρεάτων,	κρεάων,	κρεῶν.
D.	κρέασι·		

3. Genitivus in -εος, non ab ης, ες, ος, et Genitivus in -ιος, tantum contrahunt Singularem Dativum, et Pluralem Nominativum *.

Paradigmata Gen. in -εος, non ab ης, ες, ος.

βασιλεὺς,	*rex.*	
D. Sing.	βασιλέϊ,	βασιλεῖ.
N. V. Plur.	βασιλέες,	βασιλεῖς.
ἄρυ,	*arx.*	
D. Sing.	ἄρεϊ,	ἄρει.
N. A. V. Plur.	ἄρεα,	ἄρη.
πόλις,	*urbs.*	
D. Sing.	πόλεϊ,	πόλει.
N. V. Plur.	πόλεες,	πόλεις.
A.	πόλεας,	

* Genitivus in εος, non contractus, mutatur Atticè in εως.

Paradigma Genitivi in -ιος.

ὄφις,	*serpens.*		
D. Sing.	ὄφιϊ,		ὄφι.
N. V. Plur.	ὄφιες,	}	ὄφις.
A.	ὄφιας,		
σίνηπι,	*sinapi.*		
D. Sing.	σινήπιϊ,		σινήπι.
N. A. V. Plur.	σινήπια,		σινήπι.

4. υς, -υος, et ους, -οος, tantum contrahunt pluralem nominativum.

Paradigma in υς, υος.

βότρυς,	*racemus.*		
N. V. Plur.	βότρυες,	}	βότρυς.
A.	βότρυας,		

Paradigma in ους, -οος.

βοῦς,	*bos.*		
N. V. Plur.	βόες,	}	βους.
A.	βόας,		

5. Comparativa in ων elidunt ν, ut contrahantur in Accusativo singulari, et nominativo plurali. sic;

βελτίων,*	*melior.*		
A. Sing.	βελτίονα,	βελτίοα,	βελτίω.
N. V. Plur.	βελτίονες,	βελτίοες, }	βελτίους.
A.	βελτίονας,	βελτίοας,	

* Comparitiva in ίων habent penult. longam apud Atticos, brevem apud Ionicos et Doricos scriptores.

βελτίον, *melius.*

N. A. V. Plur. βελτίονα, βελτίοα, βελτίω.

6. Nominativus contractus declinatur deinde regulariter.

sic ; ἔαρ, *ver ;* contracte ἦρ, ἦρος, ἦρι, &c.

λάας, *lapis ;* contracte λᾶς, λᾶος, λαϊ, &c.

Ἡρακλέης, *Hercules ;* contracte Ἡρακλῆς * ; Ἡρακλέος, Ἡρακλῆς ; Ἡρακλεϊ, Ἡρακλεῖ ; Ἡρακλέα, Ἡρακλῆ ; ὦ Ἡρακλές.

7. In Adjectivis, contractio neutri generis manet in masculino et feminino.

sic ; μελιτόεις, *mellitus.*

μελιτόεις,	μελιτόεσσα,	μελιτόεν.
μελιτοῦς,	μελιτοῦσσα,	μελιτοῦν.
μελιτοῦντος,	μελιτοῦσσης,	μελιτοῦντος.

τῑμήεις, *honoratus.*

τιμήεις,	τιμήεσσα,	τιμήεν.
τιμῆς,	τιμήσσα,	τιμῆν.
τιμῆντος,	τιμῆσσης,	τιμῆντος.

---

* Attici Poetae rarò contrahebant nominativum nominum propriorum, sed obliquos casus ab eo formatos. sic Ἡρακλέος, c. Ἡρακλέους &c.

Nomina Tertiae flectenda et contrahenda.

εὐσεβὴς, *pius.*
ἀμείνων, *melior.*
σάχυς, *spica.*
ἀρείων, *præstantior.*
νομεὺς, *pastor.*
φειδὼ, *parsimonia.*
γῆρας, *senectus.*
Ἀχιλλεὺς, *Achilles.*
ὑπερφὺης, *excellens.*
ἀληθὲς, *verum.*
μῦς, *mus.*
μέρος, *pars.*
πέλεκυς, *securis.*
εὐσεβὲς, *pium.*
τέρας, *prodigium.*
ἔλασσον, *minus.*
ἔπος, *verbum.*
εὐφυὴς, *boni ingenii.*
κέρας, *cornu.*
βραδὺ, *tardum.*
ἦθος, *mos.*
ἔθνος, *gens.*
εὐκλέες, *gloriosum.*
πλείον, *plus.*
γραφεὺς, *pictor.*
Περικλέης, *Pericles.*
ἰχθῦς, *piscis.*
Διοκλέης, *Diocles.*
ἄξυ, *arx.*
πλείων, *MORE.*
πρᾶξις, *actio.*
ἠὼς, *aurora.*
βαθὺς, *profundus.*
τριήρης, *triremis.*
Ἀγαθοκλέης.
ἱερεὺς, *sacerdos.*
πόσις, *maritus.*
πῶϋ, *grex.*
εὐγενὴς, *generosus.*
δρομεὺς, *cursor.*
υἱεύς, *filius.*
Ὀδυσσεὺς, *Ulysses.*
ὄϊς, *ovis.*
βελτίων, *melior.*
πειθὼ, *suadela.*
ἡδὺ, *suave.*
Πειραιεὺς, *Pirœus.*
ἄμεινον, *melius.*
νέκυς, *cadaver.*
πέρας, *finis.*
αἰδὼς, *pudor.*
τεῖχος, *murus.*
δύναμις, *potentia.*
δρῦς, *quercus.*
Θεμιστοκλέης.
ἀληθὴς, *verus.*
βάθυ, *profundum.*
φονεὺς, *homicida.*
ἐλάσσων, *minor.*
ταχὺς, *celer.*
ἀναιδὴς, *impudens.*
καλλίων, *pulchrior.*
εὐγενὲς, *generosum.*
μείων, *minor.*
ὕϊς, *filius.*
φράσις, *dictio.*
βραδὺς, *tardus.*
εὐκλεὴς, *gloriâ clarus.*
πρέσβυς, *senex.*
ὄρος, *mons.*
εὐφυὲς, *ingeniosum.*
ἐνδεὴς, *indigus.*

DE ADJECTIVIS REGULARIBUS.

Genus Femininum semper est Declinationis Primae.

Masculinum in ος habet Neutrum in ον; utrumque Declinationis Secundae.

Horum igitur terminationes sunt,

M.	F.	N.
ος,	η,	ον.

καλὸς, καλὴ, καλὸν, *pulcher*, ita flectitur.

Sing.

N.	καλὸς,	καλὴ,	καλὸν.
G.	καλοῦ,	καλῆς,	καλοῦ.
D.	καλῷ,	καλῇ,	καλῷ.
A.	καλὸν,	καλὴν,	καλὸν.
V.	καλὲ,	καλὴ,	καλὸν.

Dual.

N. A. V.	καλὼ,	καλὰ,	καλὼ.
G. D.	καλοῖν,	καλαῖν,	καλοῖν.

Plur.

N.	καλοὶ,	καλαὶ,	καλὰ.
G.	καλῶν,	καλῶν,	καλῶν.
D.	καλοῖς,	καλαῖς,	καλοῖς.
A.	καλοὺς,	καλὰς,	καλὰ.
V.	καλοὶ,	καλαὶ,	καλὰ.

sic; ἀγαθὸς, *bonus*; κακὸς, *malus*; φίλος, *amicus*; μαλακὸς, *mollis*; ἁπαλὸς, *tener*; λευκὸς, *albus*; δῆλος, *evidens*; τερπνὸς, *jucundus*.

Sed ος purum, et ρος, habent α.

ῥάδιος, ῥάδια, ῥάδιον, *facilis*, ita flectitur.

N.	ῥάδιος,	ῥάδια,	ῥάδιον.
G.	ῥαδίου,	ῥαδίας,	ῥαδίου.
D.	ῥαδίῳ,	ῥαδίᾳ,	ῥαδίῳ.
A.	ῥάδιον,	ῥάδιαν,	ῥάδιον.
V.	ῥάδιε,	ῥάδια,	ῥάδιον.

In caeteris ut καλὸς.

φανερὸς, φανερὰ, φανερὸν, *manifestus*, ita flectitur.

Sing.

N.	φανερὸς,	φανερὰ,	φανερὸν.
G.	φανεροῦ,	φανερᾶς,	φανεροῦ.
D.	φανερῷ,	φανερᾷ,	φανερῷ.
A.	φανερὸν,	φανερὰν,	φανερὸν.
V.	φανερὲ,	φανερὰ,	φανερὸν.

In caeteris ut καλὸς.

sic; ἄξιος, *dignus*; μικρὸς, *parvus*; ἀργύρεος, *argenteus*; μακρὸς, *longus*; ἄγριος, *agrestis*;

πορηρὸς, *malus*; πορφύρεος, *purpureus*; ὅμοιος, *similis*; φοβερὸς, *formidabilis*; ἱερὸς, *sacer*; ἅγιος, *sanctus* *.

Sed Attici saepe flectunt Adjectiva in ος, praesertim si sint derivata vel composita, per Genus COMMUNE in ος, absque genere feminino.

sic; ἀθάνατος, *immortalis*; flectitur Atticè ὁ, ἡ, ἀθάνατος, τὸ, ἀθάνατον. nam derivatur ab θάνατος, *mors*.

Sing.

N.	ὁ,	ἡ,	ἀθάνατος, τὸ, ἀθάνατον.
G.	τοῦ,	τῆς,	τοῦ, ἀθανάτου.
D.	τῷ,	τῇ,	τῷ, ἀθανάτῳ.
A.	τὸν,	τὴν,	τὸ, ἀθάνατον.
V.	ὦ,	ἀθάνατε,	ὦ ἀθάνατον.

Dual.

N. A. V.	τὼ,	τὰ,	τὼ, ἀθανάτω.
G. D.	τοῖν,	ταῖν,	τοῖν, ἀθανάτοιν.

---

* Excipiuntur; ὀγδόος, ὀγδόη, ὀγδόον, *octavus*; quoniam forte fuit olim ὀγδότος; sicut ἔνατος, *nonus*, δέκατος, *decimus*; postea vero, eliso τ, fiebat ὀγδόος. item composita ex -πλοος; ut ἁπλόος, ἁπλόη, ἁπλόον, *simplex*. διπλόος, διπλόη, διπλόον, *duplex*. quoniam -πλοος videtur ortum ex πλόκος, eliso κ; scil. a πλέκω, *plico*.

Plur.

N. οἱ, αἱ, ἀθανάτοι, τὰ, ἀθάνατα.
G. τῶν, τῶν, τῶν, ἀθανάτων.
D. τοῖς, ταῖς, τοῖς, ἀθανάτοις.
A. τοὺς, τὰς, ἀθανάτους, τὰ, ἀθάνατα.
V. ὦ ἀθανάτοι, ὦ ἀθάνατα.

πάμφιλος, *omnibus amicus*, flectitur Atticè, ὁ, ἡ, πάμφιλος, τὸ, πάμφιλον. componitur enim ex πᾶν, *omne*, et φίλος, *amicus*.

sic ; ἄδικος, *injustus* ; a δικὴ, *jus*. οὐράνιος, *coelestis* ; ab οὐρανὸς, *coelum*. ὅμορος, *finitimus*, ab ὅμος, *idem*, et ὅρος, *terminus* *.

Adjectivorum omnium, non in ος desinentium, Genus utrumque, Masculinum et Neutrum, semper sunt Declinationis Tertiae.

Harum, autem, Terminationes regulares hae sunt.

	M.	F.	N.
1.	ας,	αινα,	αν.
2.	εις,	εσσα,	εν.
3.	υς,	εια	υ.

* Sic etiam, φίλος *amicus*, aliaque, quæ, nec derivata nec composita, sæpe declinantur Atticè per commune genus in ος.

sic ;

1.

μέλας,	μέλαινα,	μέλαν,	*niger.*
τάλας,	τάλαινα,	τάλαν,	*miser* *.

2.

χαρίεις,	χαρίεσσα,	χαρίεν,	*venustus.*
μελιτόεις,	μελιτόεσσα,	μελιτόεν,	*mellitus.*
τιμήεις,	τιμήεσσα,	τιμήεν,	*honoratus.*
ἀνεμόεις,	ἀνεμόεσσα,	ἀνεμόεν,	*ventosus.*
ἠχήεις,	ἠχήεσσα,	ἠχήεν,	*sonorus.*
αἱματόεις,	αἱματόεσσα,	αἱματόεν,	*sanguineus.*

3.

γλυκὺς,	γλυκεῖα,	γλυκὺ,	*dulcis.*
ἡδὺς,	ἡδεῖα,	ἡδὺ,	*suavis.*
ἥμισυς,	ἡμισεῖα,	ἥμισυ,	*dimidius.*
βαρὺς,	βαρεῖα,	βαρὺ,	*gravis.*
βαθὺς,	βαθεῖα,	βαθὺ,	*profundus.*

Nonnulla ex iis exempla flectere visum est, quo minus Tironum progressui obstarent.

μέλας, niger.

	Sing.		
N.	μέλας,	αινα,	αν.
G.	μέλανος,	αίνης,	ανος.
D.	μέλανι,	αίνῃ,	ανι.
A.	μέλανα,	αίναν,	αν.
V.	μέλαν, vel Att. μέλας,	αινα,	αν.

χαρίεις, venustus.

	Sing.		
N.	χαρίεις,	εσσα,	εν.
G.	χαρίεντος,	έσσης,	εντος.
D.	χαρίεντι,	έσσῃ,	εντι.
A.	χαρίεντα,	έσσαν,	εν.
V.	χαρίεν, vel χαρίεις,	εσσα,	εν.

---

* Nulla reperiuntur, præter hæc duo, regularia in ας.

	Dual.		
N.	μέλανε,	αίνα,	ανε.
G.	μελάνοιν,	αίναιν,	άνοιν.
D.	μελάνοιν,	αίναιν,	άνοιν.
A.	μέλανε,	αίνα,	ανε.
V.	μέλανε,	αίνα,	ανε.
	Plur.		
N.	μέλανες,	αίναι,	ανα.
G.	μελάνων,	αίνῶν,	άνων.
D.	μέλασι,	αίναις,	ασι.
A.	μέλανας,	αίνας,	ανα.
V.	μέλανες,	αίναι,	ανα.

	Dual.		
N.	χαρίεντε,	εσσα,	εντε.
G.	χαρίέντοιν,	έσσαιν,	έντοιν.
D.	χαρίέντοιν,	έσσαιν,	έντοιν.
A.	χαρίεντε,	εσσα,	εντε.
V.	χαρίεντε,	εσσα,	εντε.
	Plur.		
N.	χαρίεντες,	έσσαι,	εντα.
G.	χαρίέντων,	εσσῶν,	έντων.
D.	χαρίεισι,	έσσαις,	εισι.
A.	χαρίεντας,	έσσας,	εντα.
V.	χαρίεντες,	έσσαι,	εντα.

γλυκὺς, *dulcis.*

	Sing.		
N.	γλυκὺς,	εῖα,	ὺ.
G.	γλυκέος,	είας,	έος.
A.	γλυκέῖ, c. γλυκεῖ,	εῖα,	εῖ c. εῖ.
A.	γλυκέα, vel γλυκὺν,	εῖαν,	ὺ.
V.	γλυκὺ, vel Att. γλυκὺς,	εῖα,	ὺ.
	Dual.		
N. A. V.	γλυκέε,	εία,	έε.
G. A.	γλυκέοιν,	είαιν,	έοιν.

	Plur.		
N.	γλυκέες, c. γλυκεῖς,	εῖαι,	έα *.
G.	γλυκέων,	ειῶν,	έων.
A.	γλυκέσι,	είαις,	έσι.
A.	γλυκέας, c. γλυκεῖς,	είας,	έα.
V.	γλυκέες, c. γλυκεῖς,	εῖαι,	έα.

Sed multa Tertiae Declinationis Adjectiva flectuntur per Genus COMMUNE, absque Feminino.

Horum Terminationes regulares hae sunt.

1. Commune Genus in ων, ην, ης, format

---

* Neutrum plur. nomin. accus. et voc. adjectivorum in υς, εῖα, υ desinentium, rarò vel nunquam ab Atticis contrahitur.

Genus Neutrum mutando vocalem longam in suam brevem.

sic;

ὁ, ἡ, σώφρων,	τὸ, σώφρον,	*sanae mentis.*
ὁ, ἡ, ἄρσην,	τὸ, ἄρσεν,	*masculus.*
ὁ, ἡ, ἀληθὴς,	τὸ, ἀληθὲς,	*verus.*
ὁ, ἡ, εὐδαίμων,	τὸ, εὐδαίμον,	*felix.*
ὁ, ἡ, τέρην,	τὸ, τέρεν *,	*tener.*
ὁ, ἡ, εὐσεβὴς,	τὸ, εὐσεβὲς,	*pius.*
ὁ, ἡ, μνήμων,	τὸ, μνήμον,	*memor.*
ὁ, ἡ, εὐγενὴς,	τὸ, εὐγενὲς,	*generosus.*
ὁ, ἡ, βελτίων,	τὸ, βελτίον,	*melior.*
ὁ, ἡ, ἵλεως,	τὸ, ἵλεων,	*propitius.*
ὁ, ἡ, ἄγηρως,	τὸ, ἄγηρων,	*expers senectutis.*

σώφρων, *sanæ mentis,* ita flectitur cum Articulo.

Sing.	Plur.
N. ὁ, ἡ σώφρων, τὸ σώφρον.	N. οἱ, αἱ σώφρονες, τὰ σώφρονα.
G. τοῦ, τῆς, τοῦ σώφρονος.	G. τῶν, &c. σωφρόνων.
D. τῷ, τῇ, τῷ σώφρονι.	D. τοῖς, ταῖς, τοῖς, σώφροσι.
A. τὸν, τὴν, σώφρονα, τὸ σώφρον.	A. τοὺς, τὰς σώφρονας, τὰ σώφρονα.
V. ὦ σώφρον, vel m. et f. σώφρων.	V. ὦ σώφρονες, ὦ σώφρονα.
Dual.	
N. A. V. τὼ, τὰ, τὼ σώφρονε.	
G. D. τοῖν, ταῖν, τοῖν, σωφρόνοιν.	

---

* At sæpius flectitur τέρην, τέρεινα, τερέν. (semper ita flecti debet.)

ἀληθὴς, *verus*, ita flectitur et contrahitur.

Sing.	Plur.
N. ὁ, ἡ, ἀληθὴς, τὸ ἀληθὲς.	N. οἱ, αἱ, ἀληθέες, c. εῖς, τὰ ἀληθέα, c. ῆ.
G. τοῦ, τῆς, τοῦ, ἀληθέος, c. οῦς.	G. τῶν, &c. ἀληθέων, c. ῶν.
D. τῷ, τῇ, τῷ, ἀληθέϊ, c. εῖ.	D. τοῖς, ταῖς, τοῖς, ἀληθέσι.
A. τὸν, τὴν, ἀληθέα, c. ῆ, τὸ ἀληθὲς.	A. τοὺς, τὰς, ἀληθέας, c. εῖς, τὰ ἀληθέα, c. ῆ.
V. ὦ ἀληθὲς, vel m. et f. Att. ἀληθὴς.	V. ὦ ἀληθέες, c. εῖς, ὦ ἀληθέα, c. ῆ.

Dual.
N. A. V. τὼ, τὰ, τὼ, ἀληθέε, c. ῆ.
G. D. τοῖν, ταῖν, τοῖν, ἀληθέοιν, οῖν.

ἔμπλεως, *plenus*, ita flectitur Atticè.

Sing.	Plur.
N. ὁ, ἡ, ἔμπλεως, τὸ ἔμπλεων.	N. οἱ, αἱ ἔμπλεῳ, τὰ ἔμπλεω.
G. τοῦ, τῆς, τοῦ, ἔμπλεω.	G. τῶν, &c. ἔμπλεων.
D. τῷ, τῇ, τῷ, ἔμπλεῳ.	D. τοῖς, ταῖς, τοῖς, ἔμπλεῳς.
A. τὸν, τὴν, τὸ, ἔμπλεων.	A. τοὺς, τὰς, ἔμπλεως, τὰ ἔμπλεω.
V. ὦ ἔμπλεως, ὦ ἔμπλεων.	V. m. et f. ὦ ἔμπλεῳ, n. ὦ ἔμπλεω.

Dual.
N. A. V. τὼ, τὰ, τὼ ἔμπλεω.
G. D. τοῖν, ταῖν, τοῖν, ἔμπλεῳν.

2. Commune Genus in ις et υς, format Neutrum, abjecto ς.

sic;

ὁ, ἡ, εὔχαρις,	τὸ, εὔχαρι,	*gratus.*
ὁ, ἡ, φιλόπατρις,	τὸ, φιλόπατρι,	*patriae amans.*
ὁ, ἡ, ἄδακρυς,	τὸ, ἄδακρυ,	*illachrymabilis.*

3. Composita ex ποῦς, *pes*, habent neutrum in ουν. sic;

ὁ, ἡ, δίπους,	τὸ, δίπουν,	*bipes.*
ὁ, ἡ, πολύπους,	τὸ, πολύπουν,	*multipes* *.

DE ADJECTIVIS IRREGULARIBUS.

Omne Adjectivum non desinens in aliqua ex jam traditis Terminationibus regularibus, est IRREGULARE; atque semper caret Genere Neutro. sic;

ὁ, ἡ, ἅρπαξ,	*rapax.*
ὁ, ἡ, μάκαρ,	*beatus;* vel ἡ μακαίρα.
ὁ, ἡ, ἄοψ,	*caecus.*
ὁ, ἡ, μακρόχειρ,	*longimanus.*

Quædam in ης et ας carent et genere feminino et neutro, et flectuntur ad instar masculinorum nominum primæ declinationis: ut ὑβριστὴς, *insolens;* πλεονέκτης, *pecuniae avidus;* τραυματίας, *saucius*, &c.

---

* Quoniam forte fuit olim πόος, † unde ὁ, ἡ, δίποος, τὸ δίποον; postea contractè δίπους, δίπουν, mutatâ dehinc declinatione; ut fit in γέλως, ἔρως, ab antiquis γέλαος, ἔραος.

† πόδς potius quam πόος olim fuisse videtur.

Irregularia etiam sunt sequentia.

1. πᾶς, *omnis*, flectitur ut participium; scil.

Sing.

N. V.	πᾶς,	πᾶσα,	πᾶν.
G.	παντὸς,	πάσης,	παντὸς.
D.	παντὶ,	πάσῃ,	παντὶ.
A.	πάντα,	πᾶσαν,	πᾶν.

Dual.

N. A. V.	πάντε,	πάσα,	πάντε.
G. D.	πάντοιν,	πάσαιν,	πάντοιν.

Plur.

N. V.	πάντες,	πᾶσαι,	πάντα.
G.	πάντων,	πασῶν,	πάντων.
D.	πᾶσι,	πάσαις,	πᾶσι.
A.	πάντας,	πάσας,	πάντα.

2. Item ἑκὼν, ἑκοῦσα, ἑκὸν, *volens.* erat enim, primitus, reverâ, participium antiqui verbi ἕκω, *venio.* et ita ἀέκων, *nolens;* per Syncopen ἄκων, ἄκουσα, ἄκον.

ἑκὼν ita flectitur.*

Sing.

N. V.	ἑκὼν,	ἑκοῦσα,	ἑκὸν.
G.	ἑκόντος,	ἑκούσης,	ἑκόντος.
D.	ἑκόντι,	ἑκούσῃ,	ἑκόντι.
A.	ἑκόντα,	ἑκούσαν,	ἑκὸν.

* Eodem modo flectuntur participia in ων.

Dual.

N. A. V.	ἑκόντε,	ἑκούσα,	ἑκόντε.
G. D.	ἑκόντοιν,	ἑκούσαιν,	ἑκόντοιν.

Plur.

N. V.	ἑκόντες,	ἑκούσαι,	ἑκόντα.
G.	ἑκόντων,	ἑκούσων,	ἑκόντων.
D.	ἑκοῦσι,	ἑκούσαις,	ἑκοῦσι.
A.	ἑκόντας,	ἑκούσας,	ἑκόντα.

3. μέγας, *magnus*, et πολὺς, *multus*, irregularia sunt in singulari Nominativo et Accusativo. scil.

γηθέω,[b] γήθω,	*lætor*; f. 1.	γηθήσω, γήσω,	p.	γεγήθηκα, γέγηκα.
χαίρω, χαιρέω,	*gaudeo*; f. 1.	χαρῶ, χαιρήσω,[c]	p.	κέχαρκα, κεχαιρηκα, &c.

2. Tandem, autem, in multis, alterum videtur obsolevisse Præsens, ejusque Imperfectum; in usu tamen manentibus cæteris, quae habent, temporibus, ab obsoleto Præsenti, plerumque, formatis: Sic,

δοκέω, *videor*, (imperf. ἐδόκεον, contractè ἐδόκουν,) sumit, ab obsoleto δόκω, f. 1. δόξω,[d] p. δέδοχα, f. 1. Pass. δοχθήσομαι, p. Pass. δεδόγμαι, &c.

---

[a] Nimirùm; utraque sic se habebat forma, ut in Præsenti, ε ante ω, vel per Epenthesin inserto, vel per Syncopen sublato, altera ab alterâ facillimè oriretur: Sic, δόκω, per Epenthesin, fiebat δοκέω. et, vice versâ, δοκέω, per Syncopen fiebat δόκω.

[b] Vide Constant. Lascaris Gram. Ven. apud Aldi F. 1557, p. 98. ubi γέγηθα rectè dicitur esse Perf. M. a γήθω.

[c] Vel, eliso ι, χαρήσω, et κεχάρηκα, &c.

[d] Raro inveniuntur etiam a δοκέω, f. 1. δοκήσω, p. δεδοκήκα, &c.

συγέω, odi, (imperf. ἐσύγεον, contractè ἐσύγουν,) sumit, ab obsoleto *σύγω,* f. 1. *σύξω,*[e] aor. 1. ἔστυξα, aor. 2. ἔσυγον.

θέλω, volo, (imperf. ἔθελον,) sumit, ab obsoleto θελέω, f. 1. θελήσω, p. τεθέληκα, &c.[f].

ὄζω, oleo, (imperf. ὤζον,) sumit, ab obsoleto ὀζέω, f. 1. ὀζήσω vel ὀζέσω, p. ὤζηκα,[g] &c.

μέλλω, futurus sum, (imperf: ἔμελλον,) sumit, ab obsoleto μελλέω, f. 1. μελλήσω, aor. 1. ἐμέλλησα, &c.

ὀφείλω, debeo, (imperf. ὤφειλον,) sumit, ab obsoleto ὀφειλέω, f. 1. ὀφειλήσω, p. ὠφείληκα, &c.[h]

Similiter in Deponentibus.

ἄχθομαι, doleo, (imperf. ἠχθόμην,) sumit, ab obsoleto ἀχθέομαι, f. 1. Med. ἀχθήσομαι. p. Pass. ἤχθημαι, &c.

βούλομαι, volo, (imperf. ἐβουλόμην,) sumit, ab obsoleto βουλέομαι, f. 1. Med. βουλήσομαι, p. Pass. βεβούλημαι, &c.

μάχομαι, pugno, (imperf. ἐμαχόμην,) sumit, ab obsoleto μαχέομαι, f. 1. μαχήσομαι vel μαχέσομαι, p. Pass. μεμάχημαι, &c.

ἔρομαι, interrogo, (imperf. ἠρόμην, et ἐιρόμην,) sumit, ab obsoleto ἐρέομαι, f. 1. Med. ἐρήσομαι, &c.

οἴχομαι, abeo, (imperf. ᾠχόμην,) sumit, ab obsoleto οἰχέομαι, f. 1. Med. οἰχήσομαι, p. Pass. ᾤχημαι, &c.

---

[e] Invenitur etiam a συγέω, f. 1. συγήσω.

[f] Invenitur etiam ἐθέλω, imperf. ἤθελον.

[g] Invenitur etiam regulariter ab ὄζω. f. 2. ὀδῶ, et p. Med. ὦδα, Atticè ὄδωδα.

[h] Invenitur etiam, per Syncopen, ὄφλω, ὀφλήσω, ὤφληκα. Porro; observent tirones particulam εἴθε vel αἴθε, *utinam,* sæpè construi cum ὀφείλω, præsertim in aor. 2. ὤφελον, ὤφελες, ὤφελε, vel Ionicè, amisso augmento, ὄφελον, &c. vel Poeticè, geminato λ, ὄφελλον, &c. hoc modo, εἴθ' ὤφελον. Anglicè, *I wish that I had.*—εἴθ' ὤφελες, *I wish that thou hadst*—εἴθ' ὤφελε, *I wish that he, she, or it had.*—Sic apud EURIP. in ipso MEDEAE exordio, Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτᾶσθαι σκάφος—*I wish that the ship* ARGO *had not sailed through*—&c. Vide doctissimum HOOGEVEEN in Doctrina Particularum L. GR. p. 381.

μελόμαι,[i] *curo*, (imperf. ἐμελόμην,) sumit, a μελέομαι, f. 1. Med. μελήσομαι, p. Pass. μεμέλημαι, &c.

δέομαι, *indigeo*, (imperf. ἐδεόμην,) sumit, ab obsoleto δεέομαι, f. 1. Med. δεήσομαι, p. Pass. δεδέημαι, &c.

οἴομαι, et οἶμαι, *puto*, (imperf. ᾤομην, et ᾤμην,) sumit, ab οἰέομαι, f. 1. Med. οἰήσομαι, p. Pass. ᾤημαι, &c.

ADDENDUM.

Simili analogiâ conjugantur etiam sequentia, a primitivis obsoletis remotiùs derivata. scil.

ἕψω,[k] *coquo*, (imperf. ἥψον,) sumit, ab obsoleto ἑψέω, f. 1. ἑψήσω, p. ἥψηκα, &c.

ὀδάξω,[l] *mordeo*, (imperf. ὤδαξον,) sumit, ab obsoleto ὀδαξέω, f. 1. ὀδαξήσω, &c.

ἀλέξω,[m] *opitulor*, (imperf. ἤλεξον,) sumit, ab ἀλεξέω, f. 1. ἀλεξήσω, &c.

αὔξω,[n] *augeo*, (imperf. ἤυξον,) sumit, ab αὐξέω, f. 1. αὐξήσω, p ἤυξηκα, &c.

II.

NOVUM PRÆSENS IN ΣΚΩ.

Apud Græcos etiam, in Verbis quibusdam puris, obsolescente proprio Præsenti, proprioque Imperfecto, in horum locum suffecta erant novum Præsens in σκω, novumque ipsius Imperfectum;

---

i Sed multo frequentiùs invenitur compositum ἐπιμελέομαι, ἐπιμελήσομαι, ἐπιμεμέλημαι. Attamen in usu est etiam ἐπιμέλομαι. Vide *Xenoph.* Απομν. II. iv. 7.

k Forsitan antiquitùs ἕπτω, f. ἕψω, unde in præs. ἕψω et ἑψέω.

l Forsitan antiquitùs ὀδάζω, f. ὀδάξω, unde in præs. ὀδάξω et ὀδαξέω.

m Fortasse ab ἀλέγω, *curo*, f. ἀλέξω, unde in præs. ἀλέξω et ἀλεξέω.

n Fortasse ab obsoleto αὔγω, f. αὔξω, unde in præs. αὔξω et αὐξέω. In usu est etiam in præs. αἴξω.

manentibus tamen cæteris temporibus ab obsoleto Præsenti, plerumque, formatis :[o] Sic,

ἡβάσκω, *pubesco*, f. 1. ἡβήσω, p. ἤβηκα, ab ἡβάω.[p]

γηράσκω, *senesco*, f. 1. γηρήσω, p. γεγήρακα, et γεγήρηκα, a γηράω.[p]

ἱλάσκω, *propitium reddo*, f. 1. ἱλάσω, p. ἵλακα, ab ἱλάω.[q]

ἀρέσκω, *placeo*. f. 1. ἀρέσω, p. ἤρεκα, ab obsoleto ἀρέω.

ἀλδήσκω, *augeo*, f. 1. ἀλδήσω, p. ἤλδηκα, ab obsoleto ἀλδέω.

εὑρίσκω, *invenio*, f. 1. εὑρήσω, p. εὕρηκα, ab obsoleto εὑρέω.[r]

βόσκω, *pasco*, f. 1. βόσω et βώσω, p. βέβοκα et βέβωκα, ab obsoleto βόω.[s]

βιώσκω,[t] *vivo*, f. 1. βιώσω, p. βέβιωκα, a βίοω.

βρώσκω, *edo*, f. 1. βρώσω, p. βέβρωκα, ab obsoleto βρόω.[u]

βλώσκω, *advenio*, f. 1. βλώσω, p. βέβλωκα, ab obsoleto βλόω.

ἀμβλώσκω, *abortum facio*, f. 1. ἀμβλώσω, &c. ab ἀμβλόω.[x]

γινώσκω, vel γιγνώσκω, *cognosco*, f. 1. γνώσω, p. ἔγνωκα, ab obsoleto γνόω.[y]

τιτρώσκω, *vulnero*, f. 1. τρώσω, p. τέτρωκα, ab obsoleto τρόω.[z]

---

[o] Nimirum: oriebatur istud Præs. in σκω a fut. 1. verbi primitivi per Epenthesin, inserto κ ante ω, sic βόω, βόσω, βόσκω. Sed in nonnullis analogia paulùm videtur immutata, scil. per Antithesin; namque η interdum transit in α, ut ἡβάω, ἡβήσω, ἡβάσκω· atque η vel ω in ι, ut εὑρέω, εὑρήσω, εὑρίσκω· ἁλόω, ἁλώσω, ἁλίσκω· quædam porrò adhibent etiam reduplicationem: sic, δράω, δράσω, διδράσκω, &c.

[p] In usu est etiam ἡβάω, et γηράω. Vide Defectiva in μι.

[q] Sed sæpius in usu est ἱλάσκομαι, *propitium mihi reddo*, f. 1. Med. ἱλάσομαι, p. pass. ἵλασμαι, &c.

[r] In aor. 2. εὗρον.—Et habet hoc verbum vocalem brevem in f. 1. pass. εὑρεθήσομαι, unde in aor. 1. pass. εὑρέθην.

[s] Legitur interdum etiam f. 1. βοσκήσω, p. βεβόσκηκα, &c.

[t] Interdum invenitur etiam βίοω, in imperf. ἐβίοον, contractè ἐβίων. Vide Defectiva in μι.

[u] Vide Defectiva in μι.

[x] In usu est etiam ἀμβλόω, et ἀμβλύσκω, et ἀμβλίσκω

[y] In f. 1. pass. γνωσθήσομαι. Vide Defectiva in μι.

[z] In f. 1. pass. τρωθήσομαι.

ἁλίσκω, *capio*, f. 1. ἁλώσω, p. ἥλωκα, Atticè ἑάλωκα, ab obsoleto ἁλόω.[a]

διδράσκω, *fugio*, f. 1. δρᾶσω, p. δέδρᾶκα, ab obsoleto δράω.[b]

πιπράσκω, *vendo*, f. 1. πρᾶσω, p. πέπρᾶκα, ab obsoleto πράω.

μιμνήσκω, *in memoriam revoco*, f. 1. μνήσω, p. μέμνηκα, a μνάω.[c]

μεθύσκω, *ebrium reddo*, f. 1. μεθύσω, aor. 1. ἐμέθυσα, a μεθύω.[d]

ADDENDUM.

Tria in σκω habent ξω in fut. 1. scil.

διδάσκω, *doceo*, f. 1. διδάξω, &c.[e]

θνήσκω, *morior*, f. 1. θνήξω, &c.[f]

ἀλύσκω, *vito*, f. 1. ἀλύξω, &c.

III.

NOVUM PRÆSENS IN ΑΝΩ VEL ΑΙΝΩ.

Porro, apud Græcos in multis verbis, tam puris, quam non puris, obsolescente proprio Præsenti, proprioque Imperfecto, in horum locum suffec-

---

[a] Et ita compositum ἀναλίσκω, cujus primitivum Præs. etiam in usu est: Sic, Λόγυς ἀναλοῖς, (contractè pro ἀνάλοεις.) *Verba consumis.* Eur. Med. 326. Vide Defectiva in μι.

[b] Sed δράω, in usu, significat *facio.* Vide Defectiva in μι.

[c] In usu est etiam μνάω, *in memoriam revoco*, unde in voce med. μνάομαι, *in memoriam mihi ipsi revoco*, id est, *recordor.* μνάομαι etiam significat *ambio*, *procus sum.*

[d] In usu est etiam μεθύω.

——Atqui sequentia in σκω, quæ rariùs occurrunt, vetus Præsens et Imperfectum supplantando minus apta fuisse videntur: Scil. στερίσκω, idem quod στερέω, *privo.* μολίσκω, idem quod μολέω, *venio.* οἰδίσκω, idem quod οἰδέω, *tumeo.* τελίσκω, idem quod τελέω, *perficio.* κυΐσκω, idem quod κυέω, *in utero gesto.* Et nonnulla alia in ΐσκω.

[e] Perf. δεδίδαχα, &c. invenitur etiam in fut. διδασκήσω, a διδασκέω, &c.

[f] Vide θνήσκω, inter Varia Synonyma.

ta erant novum Præsens in *άνω*,[g] vel in *αίνω*, novumque ipsius imperfectum.

1. Ex puris, quædam habent novum istud Præsens in *άνω*, pauca in *αίνω*. Sic,

φθάνω, prævenio, f. 1. *φθάσω*, p. *ἔφθακα*, ab obsoleto *φθάω*.[h]

ἁμαρτάνω, a scopo aberro, f. 1. *ἁμαρτήσω*, p. *ἡμάρτηκα*, ab obsoleto *ἁμαρτέω*.

αὐξάνω, augeo. f. 1. *αὐξήσω*, p. *ἠύξηκα*, ab obsoleto *αὐξέω*.[i]

βλαστάνω, germino, f. 1. *βλαστήσω*, p. *βεβλάστηκα*, ab obsoleto *βλαστέω*.

δαρθάνω, dormio, f. 1. *δαρθήσω*, p. *δεδάρθηκα*, ab obsoleto *δαρθέω*.

ἱζάνω, sedere facio, f. 1. *ἱζήσω*, aor. 1. *ἱζήσα*, ab obsoleto *ἱζέω*.

κιχάνω, assequor, f. 1. *κιχήσω*, p. *κεκίχηκα*, ab obsoleto *κιχέω*.

ἀνδάνω, placeo, f. 1. *ἀδήσω*, p. *ἥδηκα*, ab obsoleto *ἀδέω*.[k]

μανθάνω, disco, f. 1. *μαθήσω*, *μεμάθηκα*, ab obsoleto *μαθέω*.

χανδάνω, capio, f. 1. *χαδήσω*, p. *κεχάδηκα*, ab obsoleto *χαδέω*.

αἰσθάνομαι, sentio, f. 1. *αἰσθήσομαι*, p. Pass. *ἤσθημαι*, ab obsoleto *αἰσθέομαι*.

ἐχθάνομαι,[l] *odio sum*, f. 1. *ἐχθήσομαι*, p. *ἤχθημαι*, ab obsoleto *ἐχθέομαι*.

ἐριδαίνω,[m] *contendo*, f. 1. *ἐριδήσω*, p. *ἠριδηκα*, ab obsoleto *ἐριδέω*.

---

[g] Scilicet; oriebatur novum istud Præs. a verbi primitivi futuro secundo (utrum hoc in usu esset necne,) mutando *ω* in *άνω*, vel *αίνω*. Sic *ἁμαρτέω ἁμαρτῶ, ἁμαρτάνω· ὀλισθέω, ὀλισθῶ, ὀλισθαίνω*. Sed insuper in quibusdam, per Epenthesin, inseritur *ν*, proximè post vocalem in antepenultimâ, idque euphoniæ gratiâ; sic, *ἀδέω, ἀδῶ, ἀδάνω, ἀνδάνω· μαθέω, μαθῶ, μαθάνω, μανθάνω· λήθω, λαθῶ, λαθάνω, λανθάνω*. Atque etiam *λείπω, λιπῶ, λιπάνω, λινπάνω*, quod est *λιμπάνω· λήθω, λαθῶ, λαθάνω, λανθάνω*, quod est *λαμβάνω· ἐρεύγω, ἐρυγῶ, ἐρυγάνω, ἐρυνγάνω*, quod est *ἐρυγγάνω· λήχω, λαχῶ, λαχάνω, λανχάνω*, quod est *λαγχάνω*. Nimirum; (id quod et tirones jam benè norunt, vel saltem nosse debent) ea est perpetua atque pulcherrima L. Gr. analogia, ut *ν* ante *π, β, φ*, transeat in *μ*. et ante *κ, γ, χ*, in *γ*.

[h] In usu est aor. 2. *ἔφθην*, ab obsoleto *φθῆμι*. Vide Defectiva in *μι*.

[i] Vide *αὔξω*, p. 7.

[k] Invenitur etiam aor. 1. *ἧσα*, ab *ἄδω*.

[l] Multò frequentiùs invenitur compositum *ἀπεχθάνομαι*, et *ἀπέχθομαι*, f. 1 *ἀπεχθήσομαι*, &c.

[m] Sed et regulariter conjugatur; scil. *ἐριδαίνω*, f. 1. *ἐριδανῶ*, p. *ἠρίδαγκα* &c. quo modo etiam conjugantur pleraque in *αίνω*.

ἐρυθαίνω,[n] *rubefacio*, f. 1. ἐρυθήσω, p. ἠρύθηκα, ab obsoleto ἐρυθέω.

ὀσφραίνομαι,[o] *odoror*, f. 1. ὀσφρήσομαι, p. Pass. ὄσφρημαι, ab obsoleto ὀσφρέω.

His adde unum in αὔνω. Scil.

ἐλαύνω, *agito*, f. 1. ἐλάσω, p. ἤλακα, ab ἐλάω.[p]

2. In non puris novum istud Præsens semper est in άνω. Sic,

λαμβάνω, *capio*, f. 1. λήψω, p. λέληφα, Atticè εἴληφα, ab obsoleto λήβω.

λανθάνω, *lateo*, f. 1. λήσω, p. λέληκα, ab obsoleto λήθω.

λαγχάνω, *sortior*, f. λήξω, p. λέληχα, Atticè εἴληχα, ab obsoleto λήχω.[q]

τυγχάνω, *sum*, *consequor*, f. 1. M. τεύξομαι, p. Pass. τετύγμαι, a τεύχω.[r]

δάκνω, (per Syncopen,) pro δακάνω, *mordeo*, f. 1. δήξω, p. δέδηχα, ab obsoleto δήκω.

πυνθάνομαι, *percontor*, f. 1. M. πεύσομαι, p. Pass. πέπυσμαι, ab obsoleto πεύθω.

3. Nonnulla sunt quibus in usu est, præsertim apud Poëtas, utrumque Præsens, tum proprium, tum novum istud in άνω· nec non utrumque Imperfectum; scil.

δαμάω et δάμνω,[s] (per Sync. pro δαμάνω,) *domo*.

τέμνω et τάμνω, (per Sync. pro ταμάνω,) *scindo*.

ὄφλω, (per Sync. pro ὀφέιλω,) et ὀφλάνω,[t] *debeo*.

---

[n] Conjugatur etiam regulariter; scil. ἐρυθαίνω, f. ἐρυθανῶ, aor. 1. ἠρύθανα, Atticè ἠρύθηνα, &c.

[o] In usu est etiam f. 1. Med. ὀσφρανέμαι.

[p] In usu est etiam ipsum ἐλάω.

[q] Ab obsoleto λέγχω, venit Perf. M. λέλογχα.

[r] τεύχω, *fabrico*, in usu est, regulariter conjugatum. τυγχάνω habet in aor. 2. ἔτυχον, et a τυχέω, perf. τετύχηκα.

[s] In usu est apud Poëtas δαμνάω, f. 1. δαμνήσω, &c.

[t] Invenitur etiam ὀφλίσκω, et ὀφλισκάνω.

ἵκω, et ἱκάνω,[u] *venio.*
θίγω, et θιγγάνω, *tango.*
ἐρεύγω, et ἐρυγγάνω, *ructo.*
λείπω, et λιμπάνω, *linquo.*

Item pauca quibus novum Præsens est in αίνω. Scil.

οἰδέω, et οἰδαίνω, et interdum οἰδάνω, *tumeo.*
ὁρμάω, et ὁρμαίνω, *ruo.*
ὀλισθέω, et ὀλισθαίνω, *labor.*

ADDENDA.

His adde

1.

τίω, et τίνω, *honoro, solvo.*
φθίω, et φθίνω, *corrumpo.*
δύω, et δύνω,[x] *subeo.*
ἱδρύω, et ἱδρύνω, *collocø.*

Item,

2.

ἀλέω, et ἀλεείνω, *vito.*
φάω, et φαείνω, *luceo.*
ἔρομαι, et ἐρεείνω, *interrogo.*

IV.

VARIA SYNONYMA.

Multa Verba vulgo conflantur a Grammaticis[y]

---

[u] Sed usurpantur multo frequentiùs ἱκνέομαι, et ἀφικνέομαι, *venio*, f. 1. -ξέομαι, p. pass. -ιγμαι.

[x] Vide ἔδυν, &c. inter Defectiva in μι.

[y] Grammatici, et haud raro Philosophi, operam sæpissimè perdunt, nimium laborantes in unum redigere, simplicitatis causa, uti fertur, omnia quæcunque, quanquam inter sese maximè sint diversa. Lingua Græca, reputanti opera vetustissimorum Scriptorum, valde copiosa videbitur, minime autem regulis Philosophorum esse constituta. Nam primitus, multa verba in usu erant, quæ aut omnino absolescebant vel quorum pauca tantum tempora, ceteris neglectis, supersunt. Melius igitur fuisset hæc, quanquam aliis similia, per se enumerari, quam cum synonymis conjugari, quia ratio et ordo id postulant et mutationes quas lingua subiit hoc modo oculis subjici possunt.

ex variis Synonymis, quæ sunt vel quodammodo inter se similia, vel omnino inter se diversa.

1. Quædam conflantur ex Synonymis, quodammodo inter se similibus: Sic,

βαίνω,[z] *eo*, (in imperf. ἔβαινον,) habet, a βάω, f. 1. M. βήσομαι, p. A. βέβηκα· et ab obsoleto βῆμι, aor. 2. ἔβην, in sub. βῶ, in opt. βαίην, in imp. βῆθι, in inf. βῆναι, in part. βάς.

γίγνομαι,[a] γίνομαι, vel γένομαι, *sum, fio, nascor*, (in imperf. ἐγιγνόμην, ἐγινόμην, vel ἐγενόμην,) habet, ab obsoleto γενέω, f. 1.

---

[z] Βαίνω formatur a βάω, quasi esset in f. 2. βῶ. [Vide notam in p. 10.]— Sed revera futurum 2. est βαῶ, undè in p. M. βέβαα, cujus participium est βεβαὼς, βεβαῦια, βεβαὸς, contractè βεβὼς, βέβωσα, βεβὼς. Gen βεβῶτος, βεβώσης, βεβῶτος. Sed et invenitur interdum ipsum βάω, *ire facio;* in aor. 1. ἔβησα, in f. 1. M. βήσομαι, *ire faciam meipsum*, i. e. *ibo;* unde βήσομαι recte dicitur a Grammaticis esse pro futuro 1. verbi βαίνω, *eo*. Cæterùm, quod ad β βηκα attinet, quod, secundum eosdem Grammaticos, fungitur officio Perfecti Act. in eodem βαίνω, ideoque significat *ivi;* id revera est Perfectum regulare a βάω, *ire facio*. Neque tamen negatur βέβηκα, sæpe (forsitan plerumque) id significare quod est Latinè *ivi:* Sed tum subintelligitur pronomen reciprocum, perinde ac si ésset βέβηκα ἐμαυτὸν, *meipsum ivisse feci*, (si sic Latinè loqui liceret,) i. e. *ivi*, Angl. *I am gone*. [Vide Il. α, 37. annotante Sam. Clarke.] Neque insolita est apud Græcos scriptores ista, post verbum transitivum, pronominis reciproci suppressio, adeo ut Vox Activa vicem Vocis Mediæ interdum supplere videtur, quum tamen nihil aliud est quam hujus pronominis Ellipsis; quæ quidem multis aliis usu venit. tum præcipuè verbo ἔχω, *habeo:* Sic, εὖ ἔχειν, *benè se habere:* κακῶς ἔχειν, *malè se habere;* subauditur nempè ἑαυτόν. Cæterùm pro βαίνω interdum invenitur apud Homerum βάσκω.

[a] Videtur ipsum γίγνομαι derivatum α γένω, hoc modo; γένω, per Reduplicationem γιγένω, quod est, per Syncopen, γίγνω, unde γίγνομαι. Eodem modo μίμνω, idem quod μένω, *maneo;* scil. μένω, μιμένω, μίμνω· Sic, πίπτω, *cado*, a πέτω, scil. πέτω, πιπέτω πίπτω· per transitionem nempe facilem, auribusque gratissimam. Sic ferè etiam τίκτω, *pario*, a τέκω, scil. τέκω, τιτέκω, per Metath. τικέτω, τίκτω. Ea scilicet est ubertas, et mira felicitas hujus omnium, quas novimus, linguarum longè nobilissimæ. Cæterùm ab obsoleto γάω, (in f. 2. γαῶ, in perf. M. γέγαα.) in usu est part. p. M. γεγαὼς γεγαῦια, γεγαὸς, contractè γεγὼς, γεγῶσα, γεγὼς. [Vide notam præcedentem. [Sic a μάω, *cupio*, perf. M. μέμαα. Vide Const. Lascaris Gram. p. 104.

M. γενήσομαι, p. Pass. γεγένημαι, f. 1. P. γενηθήσομαι, aor. 1. P. ἐγενήθην· et habet etiam, ab obsoleto γενέω, vel γένω, f. 2. M. γενοῦμαι, aor. 2. M. ἐγενόμην, et p. M. γέγονα· item, a γένω, vel γείνω, aor. 1. M. ἐγεινάμην.

δαίω, *divido, epulum præbeo,* (in imperf. ἔδαιον, in f. 1. δαίσω, in aor. 1. ἔδαισα, in f. 1. M. δαίσομαι, in aor. 1. M. ἐδαισάμην,) habet, ab obsoleto δάΐζω,[b] f. 1. δάσω, p. δέδακα, f. 1. P. δασθήσομαι, p. P. δέδασμαι, et a δαΐζω, f. 1. δαΐσω, vel δαΐξω, p. part. P. δεδαΐγμενος,[c] &c.

δείδω, *timeo,* (in f. 1. δείσω, in p. δέδεικα,) habet, quasi a δείκω, p. M. δέδοικα, et ab obsoleto δέιω, p. M. δέδια, &c.[d]

ἔθω, *consuesco,* (in p. M. ὤθα, pro quo in usu est Atticè εἴωθα,) habet, regulariter ab ἐθίζω, f. 1. ἐθίσω, p. εἴθικα, &c.

εἰδέω, *scio,* (in f. I. εἰδήσω, in p. εἴδηκα,) habet, quasi ab εἴδω, in f. 1. M. εἴσομαι, in p. M. οἶδα, &c.[e]

ἔχω, *habeo,* in f. 1. ἕξω·[f] sed ab obsoleto σχέω, habet etiam f. 1. σχήσω, p. ἔσχηκα, f. 1. Pass. σχεθήσομαι, p. Pass. ἔσχημαι, &c.

---

b In usu tamen est præs. M. δάΐζομαι.

c In usu sunt etiam δαίνυμι, *epulum do,* et δαίνυμαι, *epulor.*

N. B. Δαίω, interdum significat *uro,* in qua significatione pauca tantùm occurrunt tempora, nulla forsan nisi præs. et imperf. Act. Pass. et Med. atque perf. et Plusq. Med. scil. δέδηα, et ἐδεδήειν. [Vide Iliad. β, 93. et ν, 736.] Verùm dubitare licet an δαίω, unquam usurpatum fuerit ab aliquo probato Scriptore Græco pro eo quod Latinè sonat *disco.* Namque tempora quæ huc retulerunt Grammatici ac Lexicographi ea omnia (ni fallor) ritè deduci queunt a δάεω, qnod quidem, siquid aliud, regulariter conjugatur; scil. δαέω, δαήσω, δεδάηκα, δαηθήσομαι, δεδάημαι· δαέω, δαῶ, δέδαα· ex quibus temporibus primariis cætera omnia facillimè oriuntur, uti benè norunt tirones.

d Invenitur etiam δέδιθι in Imperativo, quasi a δέδιμι.

e Et habet ab εἴδημι, in Præs. Subj. εἰδῶ, Opt. εἰδείην, Inf. εἰδέναι; in perf. M. οἶδα, οἶδας, Æolicè οἴδασθα, per Sync. οἶσθα, quod sæpissimè occurrit. Sed εἴδω, VIDEO, habet in aor. 2. εἶδον, interdum ἴδον, et in Subj. ἴδω· in præs. Ind. M. εἴδομαι, *videor, assimilo me,* in aor. 1. M. εἰσάμην.

f Τὸ μὲν ἔχω, ψιλοῦται, τὸ δ' ἕξω δασύνεται, εἰς διαφορὰν τοῦ ἕξω, ἐπιῤῥήματος ψιλουμένου. Const. Lascaris Gram. 101. Ab ἔχω, est etiam Imperf. εἶχον, Imperf. M. εἰχόμην· et a σχέω, aor. 2. ἔσχον, aor. 2. M. ἐσχόμην· et ab ἴσχω, imperf. ἴσχον, imperfect. M. et P. ἰσχόμην, &c. Occurrit σχῆς, in Imperat. a σχήω. [Vide MOOR Element. L. Gr. p. 165, in notâ.] σχέθω est Poeticum.

θνήσκω,[g] *morior*, in f. 1. θνήξω, in p. τέθνηκα· sed ab obsoleto θανέω, habet f. 2. Act. θανῶ, aor. 2. ἔθανον, f. 2. m. θανοῦμαι.

ἱκνέομαι,[h] *venio*, (in imperf. ἱκνεόμην,) ab ἵκω, habet f. 1. M. ἵξομαι, p. Pass. ἵγμαι, aor. 2. M. ἱκόμην.

κλύω, *audio*, (f. 1. κλύσω, p. κέκλυκα,) habet a κλῦμι, in Imperat. κλῦθι, pluraliter κλῦτε.[i]

πάσχω, *patior*, habet, ab obsoleto πήθω, f. 2. A. παθῶ, aor. 2. ἔπαθον· et ab obsoleto πείθω, f. 1. M. πείσομαι· atque ab obsoleto πένθω, p. M. πέπονθα.[k]

πέτομαι, *volo*, in imperf. ἐπετόμην· et πέταμαι, ἐπετάμην· atque πετάομαι, ἐπεταάμην· item a πτῆμι, vel ἵπτημι, est aor. 2. ἔπτην, Præs. M. ἵπταμαι, aor. 2. M. ἐπτάμην.[l]

πίνω, *bibo*, ab obsoleto πόω, habet f. 1. πώσω, p. πέπωκα, f. 1. Pass. πωθήσομαι, p. Pass. πέπωμαι, vel πέποομαι· et a πίω, aor. 2. Act. ἔπιον, f. 2. M. πίομαι, πίη, πίεται, pro πιῆμαι, πιῇ, πιεῖται.[m]

πίπτω,[n] *cado*, habet a πτόω, f. 1. πτώσω, p. πέπτωκα· et a πέτω, f. 1. πέσω, &c.

ῥέζω, *facio*, f. 1. ῥέξω, (per Metath. ἔρξω,) p. ἔῤῥεχα, f. 2. ῥαγῶ, p. M. ἔῤῥογα, per Metath. ἔοργα,) dicitur etiam in Præs. ἔρδω, in imperf. ἔρδον.

---

[g] [Vide θνήσκω, in p. 9.] A τέθνημι, in 2. conjug. invenitur Præss. Imperativi τέθναθι, in Opt. τεθναίην et τεθνείην; in Inf. τεθνάναι, et in Part. τεθνάς. Cæterum ab obsoleto θνάω, venit Perf. Med. τέθναα, unde in Part. τεθναὼς· Poëticè τεθνηὼς, in Gen. τεθνήοτος· vel τεθνεὼς, τεθνεῶτος, vel τεθνειὼς, τεθνειῶτος· transit nempe η in suam brevem ε· atque ε in suam Diphthongum ει.

[h] Vide ἵκω, et ἱκάνω, in pag. 12.

[i] Poëticè κέκλυθι, et κέκλυτε.

[k] Ab obsoleto παθέω, habet etiam p. Act. πεπάθηκα. Vide Moor Element. L. G. pag. 159. in nota.

[l] Videtur πετάομαι, esse Vox. Med. a πετάω, *pando*; [Vide Anomala, &c. in μι.] quasi dicas *pando meipsum*. πετάω, per Syncopen, fit πτάω, unde πτῆμι et ἵπτημι· a πτάω in usu est etiam f. 1. πτήσω, p. πέπτηκα, &c. ὄπταμαι, judicavit Porsonus, ad Eurip. Med. v. 1. Atticis in præsenti prorsus fuisse ignotum.

[m] [Vide Moor Element. L. Gr. p. 160.] A πῖμι, et πῶμι venit Præs. Imperat. πίθι, et πῶθι.

[n] Vide notam in pag. 13. Item a πετέω, est f. 1. πετήσω, aor. 2. ἔπεσον, et f. 2. Med. πεσοῦμαι.

σκλάω, et σκλέω, *sicco*, in p. ἔσκληκα· et σκέλλω, in f. 1. σκέλω· item σκλῆμι, in aor. 2. ἔσκλην.[o]

τίκτω,[p] *pario*, habet, ab obsoleto τέκω, f. 1. τέξω, f. 1. M. τέξομαι, aor. 2. Act. ἔτεκον, aor. 2. M. ἐτεκόμην, p. M. τέτοκα.

ὑπισχνέομαι,[q] *polliceor*, habet ab ὑποσχέομαι, f. 1. M. ὑποσχήσομαι, p. Pass. ὑπέσχημαι, aor. 2. M. ὑπεσχόμην.

2. Pauca conflantur ex Synonymis omnino inter se diversis: Sic,

αἱρέω,[r] *capio*, in fut. 1. αἱρήσω, in p. ἥρηκα, sumit, ab obsoleto ἕλω, aor. 2. εἷλον, f. 2. M. ἑλοῦμαι, aor. 2. M. εἱλόμην.

ἔπω, *dico*, (in aor. 1. ἔπα,[s] in aor. 2. εἶπον, in aor. 2. M. εἰπόμην,) sumit a ῥέω, (per Aphæresin pro ἐρέω,) f. 1. ῥήσω, perf. εἴρηκα, &c.

ἔρχομαι, *venio*, (in imperf. ἠρχόμην,) sumit ab obsoleto ἐλεύθω, f. 1. M. ἐλεύσομαι, p. M. ἤλυθα, Atticè ἐλήλυθα· sæpissimè in usu est etiam, ab eodem ἐλεύθω, aor. 2. A. ἦλυθον, per Sync. ἦλθον.

ἔσθίω, *edo*, (in f. 1. ἐσθίσω, in p. ἤσθικα,) sumit ab obsoleto ἔδω, f. 2. M. (ἐδοῦμαι, vel) ἔδομαι,[t] et ab ἐδέω,[u] f. 1. ἐδέσω, p. ἤδεκα, (per Metath. ἔδηκα, Atticè ἐδήδεκα,) et ab ἔδω, f. 1. ἐδό-

---

[o] Vide Defectiva in μι.

[p] Vide notam in p. 13.

[q] Componitur nempè ex præp. ὑπὸ et σχέω, pro ἔχω, *habeo*. Legitur et ὑπίσχομαι, ex ὑπὸ et ἴσχω.

[r] αἱρέω habet vocalem brevem in f. 1. Pass. et in aor. 1. Pass. Sic, αἱρεθήσομαι, ἡρέθην. Vide Moor Element. L. Gr. p. 150.

[s] N. B. ἔπω, retinet augmentum per omnes modos. ῥέω habet etiam in f. Pass. ῥηθήσομαι, in aor. 1. Pass. ἐρρήθην et ἐῤῥήθην, et in p. Pass. εἴρημαι, et ἔῤῥημαι.

[t] Vide Moor Element. L. Gr. p. 160.

[u] Ab ἐδέω quoque venit in f. 1. Pass. ἐδεσθήσομαι, in p. pass. ἤδεσμαι, Atticè ἐδήδεσμαι.

σω, p. ἠδόκα, (Atticè ἐδήδοκα·) item a φάγω, aor. 2. A. ἐφάγον, f. 2. M. (φαγεῖμαι, vel) φάγομαι.[x]

τρέχω, *curro*, (in f. 1. θρέξω,[y] in f. 1. M. θρέξομαι,) sumit, ab obsoleto δραμέω, p. A. δεδράμηκα, et a δρέμω, f. 2. A. δραμῶ, f. 2. M. δραμεῖμαι, p. M. δέδρομα.

φέρω, *fero*, (in imperf. ἔφερον,) sumit, ab obsoleto οἴω, f. 1. οἴσω, f. 1. M. οἴσομαι, f. 1. P. οἰσθήσομαι, aor. 1. P. ὤσθην· et ab ἐνέγκω,[z] aor. 1. A. ἤνεγκα, aor. 1. M. ἠνεγκάμην.

ADDENDUM.

☞ Tria Verba in ζω, inserunt ν ante ξ in f. 1. idque euphoniæ causâ; nempè λίζω, κλάζω, πλάζω. Sic,

λίζω, *resono*, λίξω, λίγξω.[a]
κλάζω, *clango*, κλάξω, κλάγξω.[b]
πλάζω, *errare facio*, πλάξω, πλάγξω.[c]

---

x Vide Moor Element. L. Gr. p. 160.

y Vide Moor Element. L. Gr. p. 136.

z In usu est etiam ἐνέγκω in Præs. unde in imperf. ἤνεγκον, et in imperfect. M. ἠνεγκόμην. Invenitur etiam in aor. 1. A. ἔνεικα, pro ἤνεγκα· et in aor. 1. P. ἠνέχθην, et ἠνείχθην, in p. P. ἤνεγμαι. in P. M. ἤνοχα, Atticè ἐνήνοχα. Item, ab obsoleto φρέω, est f. 1. φρήσω, aor. 1. ἔφρησα. et a φρῆμι, secundæ conjug. venit in imperat. aor. 2. φρές. Vide Moor Element. L. Gr. p. 165. in nota.

a Nam λίνξω, est λίγξω, &c. unde in aor. 1. ἔλιγξα. Scil. ξ valet νς, γς, vel χς, et ν ante κ, γ, χ, transit in γ. Vide ejusmodi analogiam notatam in pp. 10, 20.

b In perf. Act. κέκλαγχα· et conjugatur per f. 2. A. et p. M. sic, κλάξω, κλαγῶ, κέκληγα. Vide Moor Element. L. Gr. p. 159.

c In perf. Act. πέπλαγχω, in f. 1. P. πλαγχθήσομαι, unde in aor. 1. Pass. ἐπλάγχθην· qui quidem sæpe usurpantur in sensu Medio, id quod et non rarò aliis verbis usu venit. [Vide in ipso Odysseæ exordio.] Cæterùm, πλαζω, non conjugatur per f. 1. A, ne confundatur cum eodem tempore in πλήσσω, *percutio*.

V.

POETICA AC DERIVATA.

Apud Græcos plurima Verba usurpabantur tantum in Præsenti et in Imperfecto,[d] quorum pleraque sunt Poëtica, rarius usitata, atque modo peculiari derivata; quæque non ulterius conjugata videntur, *cacophoniæ* causâ.

Ejusmodi sunt,

1. Verba quæ oriuntur a Futuro 1. aliorum Verborum mutando ω in είω. Verba nempè Desiderativa in εάω. Sic,

βρωτείω, *edere cupio*, a βρώσω, *edam*.
λεξείω, *dicere cupio*, a λέξω, *dicam*.
γαμησείω, *uxorem ducere cupio*, a γαμήσω, *uxorem ducam*, &c.

Item alia Desiderativa quæ desinunt in αω. Sic,

φονάω,[e] *caedam appeto*, a φόνος, *caedes*.
μαχάω, *pugnam desidero*, a μάχη, *pugna*.
μαθητιάω, *discere cupio*, a μαθητὴς, *discipulus*.
ὠνητιάω,[f] *emere cupio*, ab ὠνητὴς, *emptor*, &c.

Ejusdem sunt etiam,

2. Quædam, potissimùm Poëtica, quæ desinunt ——in κω, et in σκω. Sic,

ὀλέκω, *perdo*, ab ὄλεω, *idem*.
ἐρυκάκω,[g] *coerceo*, ab ἐρύκω, *idem*.

---

d N. B. Eorum nonnulla non inveniuntur nisi in Præsenti.

e In usu est etiam φονόω.

f Item multa alia Derivata quæ desinunt in ιάω.

g Sunt etiam apud Homerum, ἐρυκακέω, ἐρυκάνω, et ἐρυκανάω.

ἁλώσκω, *salio*, a θορέω, *idem*.
φάσκω, πιφάσκω, et πιφαύσκω, *dico*, a φάω, unde φημι.
πιπίσκω, *potum praebeo*, a πίνω, *bibo*.

et nonnulla alia in ίσκω.[h]

——vel in άνω, αίνω, et ύνω· Sic,

ἀλφάνω, *invenio*, ab obsoleto ἀλφέω.
ἰσχάνω, *contineo*, ab ἴσχω, pro ἔχω, *habeo*.
ὀπτάνω, *video*, idem quod ὄπτομαι.
κραυγάνω, *clamo*, idem quod κράζω.
καθιστάνω, *constituo*, idem quod καθίστημι.
ἀλδαίνω, *augeo*, idem quod ἀλδέω.
ὀροθύνω, *excito*, idem quod ὄρω.

——vel in άθω, έθω, ύθω· Sic.

ἀμυνάθω, *auxilior*, idem quod ἀμύνω.
διωκάθω, *persequor*, idem quod διώκω.
νεμήθω, *pasco*, idem quod νέμω.
τελέθω, *sum, orior*, idem quod τέλλω.
φλεγέθω, *uro*, idem quod φλέγω.
φθινύθω, *corrumpo*, idem quod φθίνω.
μινύθω, *minuo*, a μινυὸς, *parvus*.

——vel in σπω, σθω, χθω· Sic,

ἔσπω, et ἐνίσπω, *dico*, eadem quæ ἔπω, et ἐνέπω.
ἕσπομαι, *sequor*, idem quod ἕπομαι.
ἔσθω, *edo*, unde ἐσθίω, *idem*.
βιβάσθω, *vado*, a βάω, *ire facio*.
ἐρέχθω, *scindo*, quasi ab ἐρείκω, *frango*.

vel in τάω, νάω, νέω.[i]

ἐρχατάω, *includo*, ab ἔρχατος, *sepes*, quod ab ἔργω.
ἰσχανάω, *retineo*, ab ἴσχω, idem quod ἔχω, *habeo*.
δεικανάομαι, *benignè accipio*, a δέκομαι, Ionicè pro δέχομαι, *capio*.

---

h Vide notam —— in p. 9.

i Item Polysyllaba in αίω et υίω. Sic λιλαίομαι, *cupio*, ἀγυίω, *eo*, ὀπυίω, *coëo*.

οἰχνέω, *progredior*, ab οἴχομαι, *abeo*.
νηνέω, *neo*, *cumulo*, idem quod νέω.

———vel in ἄλλω, ἴλλω, ὕλλω.[k] Sic,

ἀσχάλλω, *doleo*, quasi ab ἀχέω, *doleo*.
ἰνδάλλομαι,[l] *similis videor*; ab εἴδω, *video*.
δενδίλλω,[m] *oculis lustro*; ex δινέω, *moveo*, et ἴλλος, *oculus*.
μιςύλλω,[n] (per Sync. pro μινυςύλλω,) *minutatim seco*; a μινυος, *parvus*.[o]

———vel in δω, βω, præcedente liquidâ.[p] Sic,

ἔλδομαι, *cupio*.
κυλίνδω, *volvo*.
ῥέμβω, *in gyrum ago*.
φέρβω, *pasco*.

———vel denique in νω, et ρω, quæ adhibent Reduplicationem, atque inserunt liquidam,[q] per Epenthesin: Sic,

παμφαίνω,[r] *fulgeo*.
βαμβαίνω, *balbutio*.
καρκαίρω, *resono*.
μορμύρω, *murmuro*.

Porro; ejusmodi sunt quoque,

3. Verba quædam Homerica, quæ videntur sumere ipsum Fut. 1. M. pro Præsenti: Sic,

---

k Derivata scilicet, ac Poëtica.

l Vide Il. ρ. 213.

m Vide Il. ι. 180.

n Vide Il. α. 465.

o Excipe στωμύλλω, *garrulus sum*. Invenitur saltem apud Aristoph. Ach. 585. ἐστωμυλάμην, quod tamen fortasse est per Sync. pro ἐστωμυλήσαμην, a στωμυλέω.

p Item τέτμω, *invenio*. [Vide Il. δ. 263. annotante Eustathio.] et μίμνω, *maneo*. Vide notam in p. 13.

q Eandem nempe liquidam quæ proximè præcedit ω in terminatione: Sic βανβαίνω, quod est βαμβαίνω. [Vide ejusmodi analogiam notatam in pp. 10. 13.] et φανφαίνω quod est παμφαίνω· nimirùm aspirata insuper reduplicat suam tenuem. Vide Moor Element. L. Gr. p. 130. in notâ.

r Homerus utitur etiam παμφανάω.

βήσομαι,[s] *progredior*, a βάω, *ire facio*.
δύσομαι,[t] *induo*, a δύω, *subeo*.
λέξομαι,[u] *cubo*, a λέγω, *cubare facio*.
ὀρσόμαι,[x] *surgo*, ab ὄρω, *excito*.

et si qua id genus alia.

Item, Verba Poëtica quæ oriuntur a Perf. Med. aliorum Verborum mutando α in ω.[y] Sic,

πεφράδω,[z] *dico*, a φράζω.
κεκλήγω,[a] *clango*, a κλάζω.
πεπλήγω,[b] *percutio*, a πλησσω.
ὀρώρω,[c] *excito*, ab ὄρω.
πέφνω,[d] *occido*, per Sync. pro πεφένω, a φένω, &c.[e]

---

[s] Vide Il. ε. 109. annotante *Sam. Clarke;* ubi vir eximius vix agnoscit hujusmodi metamorphosin Futuri in Præsens. Vide etiam Il. β. 35.

[t] Vide Il. τ. 36. [u] Vide Il. ι. 613, [x] Vide Il. γ. 250.

[y] Interdum α mutatur in ιω Sic, πεποίθιω, a πείθω. Vide *Theocr.* Idyll. ε 28.

[z] Vide Il. ξ. 500.

[a] Vide Il. π. 480. item Hes. α. 379.

[b] Vide Il. ψ. 360.

[c] Nempe a perf. Med. Attico ὄρωρα. Vide Od. τ. 377.

[d] Vide Il. ν. 363.

[e] Ejusmodi quoque paucissima oriri videntur a Perf. Act. per eandem analogiam : Sic πεφρίκω, *horreo*, a φρίσσω. πεφύκω, *nascor*, a φύω [Vide Hesiod. α. 76.] τετρήχω, *tumultuor*, a τρήχω, *asper sum;* nisi istud potiùs ad priorem classem referri debeat, quum, in hoc verbo, τετρήχα ex æquo possit esse perf. A. vel M. [Vide Il. β. 95. ubi τετρήχει videtur esse Præsens a τετρήχω, non Plusquamperf. a τρήχω, uti affirmant Lexicographi.] Sic etiam βεβήκα, *eo*, a βάω quod vocabulum hic lubens appono ex auctoritate Jac. Burnet de *Monboddo*, in supremâ, apud Scotos, curiâ civili, Senatoris integerrimi; priscæ virtutis et summæ eruditionis viri, deque Græcis Literis optimè meriti; qui in Libro suo cui titulus,—*Of the Origin and Progress of Language*, Vol, II, pp. 156, 526. adversatur opinioni viri acutissimi Sam. Clarke, asserentis in annotationibus suis ad Hom. Iliad. vocem βεβήκει temporis esse, quod vulgò vocant Plusquamperfectum. Videsis ad Il. α. 37. 221. et π. 751, & 2.

ADDENDA.

Omnibus his adde,

1.

Pauca Poëtica in σσω· Sic,

ἀγνώσσω, *ignoro;* ab ἄγνωτος, *ignotus.*
ὑπνώσσω, *dormio,* a ὕπνος, *somnus.*
ἀηθέσσω, *insuetus sum,* ab ἄηθης, *insuetus.*
φλανύσσω, *garrio,* a φλύω, *nugor.*
ἐνίσσω, *verbis asperis lacesso,* ex ἐν et ἔπω, *dico.*
παιφάσσω,[f] *vehementer ruo,* quasi ab ἀΐσσω, *ruo.*

2.

Quædam Poëtica et rariùs usitata in άζω, et ίζω· Sic,

ἀλυσκαζω, *vito;* idem quod ἀλύσκω.
ἠλασκάζω, *vagor;* idem quod ἠλάσκω.
τροχάζω, *propero;* idem quod τροχάω.
κυπτάζω, *pronus specto;* a κύπτω, *pronus sum,*

et similia in άζω.

νεμεσίζω, *indignor;* idem quod νεμεσάω.
μινυρίζω, *exili voce lamentor;* idem quod μινύρομαι.
ἀκαχίζω, *tristitia afficio;* idem quod ἀκαχέω.
κεραΐζω, *cornibus dissipo; vasto;* a κέρας.
ἠρεμίζω, *quietus sum;* idem quod ἠρεμέω.
προκαλίζομαι, *provoco;* idem quod προκαλέω.

et similia in ίζω.

---

f Fortasse ex πᾶν, *omnino,* ἴφι, *fortiter,* et ἀΐσσω, *ruo.* Vide Il. β. 450. et 803. et *Henr. Stephani* Thes. L. Gr. Append. c. 1578

Item,

3.

ἔῤῥω, *pessum eo.*	κέλω, et κέλομαι,[g] *hortor.*
πέλω, et πέλομαι, *sum.*	σέβω, et σέβομαι, *colo.*

DE VERBIS ANOMALIS ET DEFECTIVIS

Conjugationis Secundæ.

I.

TRIPLEX PRÆSENS.

QUÆDAM Verba conjugationis primæ non solum assumunt alterum Præsens in νύω, verùm aliud etiam secundæ in νύμι,[h] adeò ut singulis ejusmodi Verbis præsens existat triplex.

Scilicet; triplici illo gaudent Præsenti,—

---

[g] Sæpe apud Poetas κέκλομαι. Vide Il. ο. 346. Apud Poetas est etiam μέμβλομαι, *curae sum*, a μέλω. Vide Il. τ. 343.

[h] Nempè; oriuntur bina illa nova Præsentia a primitivo Præsenti, mutato ω in ννω vel νυμι. Sic ἄγω, ἀγνύω, et ἄγνυμι. Sed præterea in puris ν geminatur, et penultima futuri corripitur: Sic, κεράω, κεραννύω, et κεράννυμι, κεράσω. Atque si adsit ο in penultimâ primitivi, transit id in suam longam ante—νύω, et—νυμι, nec non ante σω futuri; sic, ζόω, ζωννύω, et ζώννυμι, ζώσω. Porrò; quod ad Imperfectum hujusmodi verborum attinet, observent tirones, id quidem quod a νύω sæpissimè; quod autem a primitivo vel νυμι oritur, rarius usurpari. Iidem meminerint—υμι carere Subjunctivo et Optativo. Vide MOOR Element. L. Gr. p. 166.

1. Verba quædam pura in ἄω, ἔω, et ὄω· Sic,

κεράω, κεραννύω, et κεράννυμι, *misceo*; f. 1. κεράσω, p. κεκέρακα.[h]

κρεμάω, κρεμαννύω, et κρεμάννυμι, *suspendo*; f. 1. κρεμάσω, p. κεκρέμακα.[i]

πετάω, πετανύω, et πετάννυμι, *pando*; f. 1. πετάσω, p. πεπέτακα.[k]

σκεδάω, σκεδαννύω, et σκεδάννυμι, *dissipo*; f. 1. σκεδάσω, p. ἐσκέδακα.[l]

ἕω, ἐννύω, et ἔννυμι, *induo*; f. 1. ἕσω, p. εἵκα.[m]

ζέω, ζεννύω, et ζέννυμι, *fervefacio*; f. 1. ζέσω, p. ἔζεκα.[n]

κορέω, κορεννύω, et κορέννυμι, *satio*; f. 1. κορέσω, p. κεκόρεκα.[o]

σβέω, σβεννύω, et σβέννυμι, *extinguo*; f. 1. σβέσω, p. ἔσβεκα.[p]

ϛορέω, ϛορεννύω, et ϛορέννυμι, *sterno*; f. 1. ϛόρεσω, p. ἐϛορέκα.[q]

---

[h] F. 1. Pass. κερασθήσομαι, p. Pass. κεκέρασμαι, per Sync. κέκρᾱμαι, κέκρᾱσαι, κέκρᾱται. [Vide Eur. Med. 138.]

N. B. Hujusmodi verborum rariùs usurpatur Perf. Act. licet hic apponatur Analogiæ causâ.

F. 1. Pass. κρεμασθήσομαι, aor. 1. Pass. ἐκρεμάσθην, &c. Dicitur etiam κρεμόω, et κρεμέω, adeo ut huic verbo existat Præsens quintuplex. Dicitur quoque κρέμομαι, et κρέμαμαι, in voce pass. *suspendor*; in voce autem Med. *pendeo*.

[k] F. 1. Pass. πετασθήσομαι, perf. Pass. πεπέτασμαι, per Sync. πέπταμαι, et in 3. plur. πέπτανται· in part. πεπέτασμενος, per Sync. πεπταμένος. [Vide *Xenoph.* Απομν. Ι. 1. 22.] In usu est etiam πετάζω.

[l] F. 1. Pass. σκεδασθήσομαι, p. Pass. ἐσκέδασμαι. Dicitur etiam σκεδάζω.

[m] Perf. Pass. εἵμαι, unde εἵμα—τος, το, *vestimentum*. Sed multò frequentiùs reperitur compositum ἀμφιεννύω vel ἀμφίεννυμι, ἀμφιέσω, ἠμφίεκα, vel ἀμφίεικα, ἠμφίεσμαι, vel ἀμφίειμαι.

[n] F. 1. Pass. ζεθήσομαι, vel ζεσθήσομαι. Vide Moor Elementa L. Gr. p. 149.

[o] F. 1. κορέσω, vel κορήσω, f. 1. Pass. κορεσθήσομαι, p. Pass. κεκόρεσμαι, vel κεκόρημαι, Confer. *H. Steph.* Thesaur. L. Gr. l. 2. c. 108. b. et Moor Element. L. Gr. p. 149. not.†

[p] Vel ἔσβηκα, f. 1. Pass. σβεσθήσομαι, p. Pass. ἔσβεσμαι.

[q] F. 1. Pass. ϛορεσθήσομαι. Dicitur etiam per Sync. ϛόρνυμι, unde compositum καταϛόρνυμι, per Sync. καϛόρνυμι. Vide Odyss. ρ. 32.

(ζόω,) ζωννύω, et ζώννυμι, *cingo*; f. 1. ζώσω, p. ἔζωκα.[r]
(ῥόω,) ῥωννύω, et ῥώννυμι, *roboro*; f. 1. ῥώσω, p. ἔῤῥωκα.[s]
(στρόω,) στρωννύω, et στρώννυμι, *sterno*; f. 1. στρώσω, p. ἔστρωκα.[t]
χόω, χωννύω, et χώννυμι, *aggero*: f. 1. χώσω, p. κέχωκα.[u]
χρόω, χρωννύω, et χρώννυμι, *tingo*; f. 1. χρώσω, p. κέχρωκα.[x]

Quibus adde unum in ίω· Scil.

τίω, τιννύω, et τίννυμι, *honoro, solvo*, f. τίσω, p. τέτικα.[y]

Item,

2. Quædam non pura in γω· Sic,

(ἄγω,[z]) ἀγνύω, et ἄγνυμι, *frango*; f. 1. ἄξω, p. ἦχα.
εἴργω,[a] εἰργνύω, et εἴργνυμι, *includo*, f. 1. εἴρξω, &c.
(ζεύγω,[b]) ζευγνύω, et ζεύγνυμι, *jungo*; f. 1. ζεύξω, p. ἔζευχα.
(μίγω,[c]) μιγνύω, et μίγνυμι, *misceo*; f. 1. μίξω, p. μέμιχα.
(μόργω,[d]) μοργνύω, et μόργνυμι, *tergo*; f. 1. μόρξω, p. μέμορχα.

---

[r] F. 1. Pass. ζωθήσομαι, p. Pass. ἔζωσμαι. Sed primitivum ζόω, in Præs. est obsoletum. Dicitur autem in Præs. ζωννύσκω.

[s] F. 1. Pass. ῥωθήσομαι, p. Pass. ἔῤῥωμαι. Obsoletum autem est primitivum ῥόω, quod apud *H. Stephanum* scribitur ῥώω.

[t] F. 1. Pass. στρωθήσομαι, p. Pass. ἔστρωμαι. Obsoletum autem est primit. στρόω.

[u] F. 1. Pass. χωσθήσομαι, p. Pass. κέχωσμαι.

[x] F. 1. Pass. χρωσθήσομαι, vel χρωθήσομαι, p. Pass. κέχρωσμαι, vel κέχρωμαι. In usu est etiam χρωζω in Præsenti.

[y] Vide Addenda, p. 12.

[z] Inusitatum est primitivum Præs. ἄγω. Ast in usu sunt aor. 1. Act. ἦξα, Atticè ἔαξα· p. Act. ἦχα, Atticè ἔαχα· p. M. ἤγα, Atticè ἔαγα, &c.

[a] Scil. εἴργω, per Crasin pro ἔεργω· aor. 1. est εἶρξα· Perf. est inusitatum.

[b] Inusitatum est primit. præs. ζεύγω· inde tamen regulariter formatur aor. 2. Pass. ἐζύγην.

[c] Inusitatum est primit. Præs. μίγω· inde tamen regulariter formatur aor. 2. Pass. ἐμίγην. Homericum Præs. est interdum μίσγω·

[d] Inusitatum est primit. Præs. μόργω· et pro μόργνυμι, sæpè reperitur ὀμόργνυμι.

οἴγω,[c] οἰγνύω, et ἄγνυμι, *aperio*, f. 1. οἴξω, p. ῷχα.

(πήγω, pro quo in usu) πήσσω,[f] πηγνύω, et πήγνυμι, *compingo*; f. 1. πήξω, p. πέπηχα.

(πλήγω, pro quo in usu) πλήσσω, πληγνύω, et πλήγνυμι, *percutio*; f. 1. πλήξω, p. πέπληχα.

(ῥήγω, pro quo in usu) ῥήσσω, ῥηγνύω, et ῥήγνυμι, *rumpo*; f. 1. ῥήξω, p. ἔῤῥηχα.

(φράγω, pro quo in usu) φράσσω, φραγνύω, et φράγνυμι, *sepio*; f. 1. φράξω, p. πέφραχα.

Necnon unum in κω, atque duo in ρω· Scil.

(δείκω,[g]) δεικνύω, et δείκνυμι, *ostendo*; f. 1. δείξω, p. δέδειχα.

θόρω, θορνύω, et θόρνυμι, *salio*, &c.[h]

ὄρω, ὀρνύω, et ὄρνυμι, *excito*; f. 1. ὀρῶ,[i] p. ὤρκα.

ADDENDA.

1.

Analogiâ haud prorsus absimili, triplex quoque Præsens sortiuntur sequentia: Scil.

κτείνω, κτιννύω, et κτίννυμι,[k] *occido*; f. 1. κτένω, p. ἔκταγκα.

ὀλέω,[l] ὄλλυω, et ὄλλυμι, *perdo*; f. 1. ὀλέσω, p. ὤλεκα.

ὀμόω, ὀμνύω, et ὄμνυμι, *juro*; f. 1. ὀμόσω, p. ὤμοκα.

---

c Sed multò frequentiùs usurpatur compositum ἀνοίγω, &c. in aor. 1. Act. ἀνῴξα, Atticè ἀνέῳξα, et ἤνοιξα, in perf. A. ἄνῳχα, Atticè ἀνέῳχα, in perf. P. ἄνῳγμαι, Atticè ἀνέῳγμαι, et ἠνέῳγμαι, et in Perf. Med. ἄνῳγα, Atticè ἀνέῳγα.

f N.B. πήσσω, πλήσσω, ῥήσσω, et φράσσω, regulariter conjugantur per omnia tempora, sic πήσσω, πήξω, πέπηχα, πηχθήσομαι, πέπηγμαι· πήσσω, παγῶ, πέπηγα, &c. in voce activâ, *compingo*, in voce autem mediâ, *rigeo*.

g Inusitatum est primit. Præs. δέικω.

h θόρω, vel θορέω, non invenitur in f. 1. vel in perf. sed. in usu est aor. 2. ἔθορον, &c.

i Æolicè ὄρσω. unde in aor. 1. ὦρτα. Et perf. M. est ὦρα, Atticè ὄρωρα.

k Vix reperiuntur κτιννύω et κτίννυμι. Sed in usu est compositum ἀποκτίννυω, et ἀποκτίννυμι.

l Vix reperitur ὀλέω, in Præs. sed a f. 2. ὀλῶ, venit regulariter f. 2. M. ὀλῶμαι, aor. 2. M. ὠλόμην, p. M. ὦλα, Atticè ὄλωλα. Atque sæpissimè reperitur compositum ἀπόλλυμι, eodem modo conjugatum.

2.

Eòdem etiam pertinere videntur pauca Deponentia: Scil.

ἄρνυμαι, *capio*, ab ἄρς, *agnus*.[m]
ἄχνυμαι, *doleo*, ab ἄχος, *dolor*.
κίνυμαι, *moveor*, a κινέω, *moveo*.
λάζυμαι, *capio*, idem quod λάζομαι.
πτάρνυμι, *sternuto*, idem quod πταίρω.

II.

CARENTIA AORISTO II.

Pleraque Verba secundæ conjugationis defectiva sunt.

1. Quædam habent Præs. et interdum Imperf. et carent Aoristo secundo: Sic,

ἀκάχημι,[n] *tristitiâ afficio*, ab ἀχέω, *doleo*.
δίδημι, *ligo*, idem quod δέω.
κίρνημι,[o] *misceo*, idem quod κεράω.
κίχρημι,[p] *utendum do*, idem quod χράω.
κρέμνημι, [q] *suspendo*, idem quod κρεμάω.
ὄνημι, [r] *prosum*, ab obsoleto ὀνάω.

---

[m] Adi Henr. Steph. Thes. L. Gr. tom. 1. c. 548. g. nonne potius ab αἴρω, *tollo?*

[n] Scil. per Reduplicationem pro ἄχημι.

[o] In usu est etiam κιρνάω, Vide supra ad Triplex Præs.

[p] In usu est etiam κιχράω.

[q] In usu est etiam κρεμνάω. [Vide supra ad Triplex Præs.] Inveniuntur etiam κρημνάω, et κρήμνημι, *praecipito*, a κρημνὸς, *praecipitium*; quod nullo modo confundi debet cum κρέμνημι. Cæterùm κρήμνημι, habet in imperat. aor. 2. κρήμνηθι.

[r] Legitur etiam ὀνίνημι, et in voce P. et M. ὀνινάμαι, et ὀνινήμαι. Nam hujusmodi verba nonnunquam sumunt η ante μαι, in Præs. P. et M. Cæterùm ὄνημι interdum usurpatur ad significandum id quod est Latinè *vitupero*.

πέρνημι, *vendo*, a πράω, unde πιπράσκω.[s]
πίπλημι, vel πίμπλημι,[t] *impleo*, idem quod πλήθω.
πίπρημι, vel πίμπρημι,[u] *incendo*, idem quod πρήθω.
πίτνημι,[x] *extendo*, *cado*, idem quod πιτνέω.
σκίδνημι, *dissipo*, idem quod σκεδάω.[y]
τίτρημι, *perforo*, idem quod obsoletum τράω.[z]

Similiter in Deponentibus.

ἄγαμαι,[a] *admiror*.
δύναμαι,[b] *possum*.
ἔραμαι,[c] *amo*.
πρίαμαι, *emo*.

2. Et, vice versâ, quædam habent Aoristum secundum et carent Præsenti et Imperfecto: Sic,

Obsoletum, δῦμι,[d] (a δύω, *subeo*,) habet, in usu, aor. 2. ἔδυν.

---

[s] Vide pag. 9.

[t] Reperiuntur etiam πιμπλάω, et πιμπλάνω, et πλῆμι.

[u] Reperiuntur etiam πιπράω, et πιμπράω.

[x] Apud Homerum invenitur πίτνα, Ionicè sine augm. et contractè, pro ἐπίτνα, a πιτνάω· [Vide Il. φ. 7. ubi Eustath. exponit κατεπετάννυε.] Apud Hesychium πιτνεῖ redditur πίπτει, ἐκτείνει. Forsitan est verbum compositum ex πίπτω, *cado*, et τείνω, *tendo*: scil. πιπτείνω, πιπτίνω, πιτίνω, πίτνω, unde πιτνέω, πιτνάω et πίτνημι quasi dicas, *aliquid facio ut decidat expansum*. Sin subintellectum fuerit pronomen reciprocum, uti sæpissimè fit, [Vide notam in p. 13.] tum πιτνέω erit πιτνέω ἐμαυτὸν, *meipsum facio ut decidam expansus*; i. e. *expansus* vel *extensus decido*, Anglicè, *I fall at my full length*. [Vide Eur. Med. 1195. et 1205.] Neque hujusmodi annotatio nihili est, iis præsertim qui exquisitiùs sentire cupiant miram G. L. vim atque pulchritudinem.

[y] Reperiuntur etiam σκεδάζω, κεδάω, κεδάζω, et κεδαίω.

[z] Reperiuntur etiam τιτράω, et τιτραίνω.

[a] Conjugatur extra imperf. ab obsoleto ἀγάζομαι.

[b] Conjugatur extra imperf. ab obsoleto δυνάομαι.

[c] Ab ἐράω, *idem*; cujus vox pass. sæpè significat (non *amor*, sed) *amore captus sum*.

[d] [Vide p. 12.] Meminerint tirones νμι carere subjunct. et optat.

Obsol. φύμι, (a φύω,[e] *nascor*,) habet, in usu, aor. 2. ἔφυν.

Obsol. βῆμι, (pro quo est βαίνω, *eo*,) habet, in usu, aor. 2. ἔβην.[f]

Obsol. κτῆμι,[g] (pro quo est κτείνω, *occido*,) habet, in usu, aor. 2. ἔκτην.

Obsol. σβήμι,[h] (a σβέω, *extinguo*,) habet, in usu, aor. 2. ἔσβην.

Obsol. σκλῆμι,[i] (a σκλάω, *sicco*,) habet, in usu, aor. 2. ἔσκλην.

Obsol. τλῆμι, (a τλάω, *suffero*,) habet, in usu, aor. 2. ἔτλην.

Obsol. φθῆμι,[k] (a φθάω, *prævenio*,) habet, in usu, aor. 2. ἔφθην.

Obsol. ἅλωμι, (pro quo est ἁλίσκω, *capio*,) habet, in usu, aor. 2. ἥλων.[l]

Obsol. γνῶμι,[m] (pro quo est γινώσκω, *cognosco*,) habet, in usu, aor. 2. ἔγνων.

Obsol. βίωμι, (pro quo est βιώσκω, *vivo*,) habet, in usu, aor. 2. ἔβίων.

Obsol. βρῶμι,[m] (pro quo est βρώσκω, *edo*,) habet, in usu, aor. 2. ἔβρων.

ADDENDUM.

Quorundam in μι perpaucæ tantùm supersunt reliquiæ: Sic,

---

[e] φύω, sæpè significat *naturâ sum*. Sæpissimè occurrit πέφυκα, in perf. *naturâ comparatus sum*. φύω, etiam sæpè significat *gigno*.

[f] Vide Varia Synonyma, p. 13.

[g] Vide Addenda, p. 26.

[h] Vide Triplex Præs. p. 24.

[i] Vide σκλάω, p. 16.

[k] Vide Anomala in ω, p. 10.

[l] Atticè ἑάλων. [Vide Anomala in ω, p. 9.] Observent autem tirones ἥλων, in aor. 2. usurpari in sensu passivo, Latinè *captus fui*, ἁλὺς, *captus*. [Vid. Il. β. 374. et Xenoph. Απομν. Il. iii. 10.] Perf. ab ἁλόω, (scil. ἥλωκα,) passivè etiam significat. [Vide H. Steph. Thes. L. Gr. t. 1. 328. h.]

[m] Vide Anomala in ω, p. 8.

ἄημι, (ab ἀέω, *spiro*,) habet, in usu, præs. part. ἀείς,[m] 3. dual. aor. 2. Ind. ἄητον,[n] et Inf. ἀῆναι.[o]

δίδημι, (a δέω, *ligo*,) habet, in usu, 3. sing. imperf. Ind. δίδη.[p]

δίζημι, (pro quo δίζω, *quæro*,) habet, in usu, præs. part. M. διζήμενος.[q]

εἴδημι, (pro quo εἰδέω,) *scio*, habet, in usu, Præs. Op. εἰδείην.[r]

ἵστημι, (pro quo ἵστημι, *sisto*,) habet, in usu, præs. Opt. ἱσταίην, Imperat. ἵσταθι, part. ἱστάς.[s]

Atque ita nonnullis aliis ejusmodi.[t]

---

[m] Saltem invenitur ἄεντες in nom. pl. [Vide Il. ε. 526.]

[n] Scil. Ionicè, sine augm. [Vide Il. ι. 5.]

[o] Saltem ἀήμεναι Poeticè. [Vide Il. ψ. 214.]

[p] Scil. Ionicè, sine aug. [Vide Il. λ. 105.]

[q] Scil. pro διζέμενος. [Vide Il. δ. 88.]

[r] Sed εἰδέναι est per Sync. pro εἰδηκέναι, ab εἰδέω.

[s] Sed ἱστάναι est per Sync. pro ἱσταικέναι, ab ἵστημι.

[s] De σπὲς, φρὲς, et σχὲς, a σπῆμι, φρῆμι, et σχῆμι, Vide MOOR Element. L. Gr. p. 167. in notâ † Et de εἰμὶ, *sum*, ειμι, *eo*, ἧμαι, *sedeo*, κεῖμαι, *jaceo*; item de VERBIS IMPERSONALIBUS, vide ibidem, pp. 118, 119, &c.

——Atque hæc sunt præcipua utriusque conjugationis Verba quæ vel ANOMALA vel DEFECTIVA vocari possint. Cæterùm in Linguâ tam copiosâ, ubi, inter plurima quibus abundat verbis, vix, ac ne vix quidem, unum omnibus numeris absolutum existere videatur, singulas singulorum recensere partes quæ passim apud Græcos scriptores in usu inveniuntur, ingens esset, atque (tironibus saltem in quorum gratiam hæc exarata sunt,) planè inutilis labor.

APPEN-

APPENDIX.

NONNULLÆ Verborum partes Anomalium pati videntur vel per Reduplicationem, vel Syncopen, vel Metathesin.

Tirones assuefaciant aures sequentibus exemplis.

1.

Per Reduplicationem.[u]

ἄγω,	ἀγάγω,	ab αγω, duco.
ἦγον,	ἤγαγον,	
ἠγόμην,	ἠγαγόμην,	
ἦχα,	ἄγηχα,	
ἤγερκα,	ἀγήγερκα,	ab ἀγείρω, *congrego.*
ἤγερμαι,	ἀγήγερμαι,	
ὤλεκα,	ὀλώλεκα,	ab ὄλλυμι,[x] *perdo.*
ὤλα,	ὄλωλα,	

2.

Per Syncopen.

ἐλάσαι,	ἔλσαι,	ab ἔλαυνω, *agito.*
ἔχευσα,	ἔχεσα,[y]	a χέω, *fundo.*
ἔσεται,	ἔσαι,	ab εἰμὶ, *sum.*

---

[u] De qua agetur quum ad Dialectos perventum fuerit.

[x] Vide Anomala in μι, p. 26.

[y] Interdum ἔχεα.

ἐγείρομαι,	ἔγερμαι,	ab ἐγείρω, *excito.*
ἐγειρόμενος,	ἐγερόμενος,	
ἵστατον,	ἵστον,	ab ἵστημι, *scio,* (in voce M. et P. sæpe, inserto τ, ἵσταμαι.)
ἵσταμεν,	ἵσμεν,	
ἵστατε,	ἵστε,	
ἵστασαν,	ἵσαν,	
ἵσταθι,	ἵσθι,	
ἱστάτω,	ἵστω, &c.	
ἔβησαν,	ἔσαν,[z]	a βῆμι, pro quo βαίνω, *eo.*

3.

Per Metathesin.

ἔπαρθον,	ἔπραθον,	a πέρθω,	*vasto.*
ἔδαρκον,	ἔδρακον,	a δέρκω,	*aspicio.*
δέδορκα,	δέδροκα,		
μέμορα,	ἔμμορα,	a μείρω,	*divido.*
σέσυται,	ἔσσυται,	a σεύω,	*agito.*

---

z Scil. per Syncopen Bœoticè. Bœoticum est etiam ἤγερθεν, pro ἠγέρθησαν, ab ἀγείρω, *congrego,* vel ἐγείρω, *excito,* ἔμιχθεν, pro ἐμίχθησαν, a μίγνυμι, *misceo,* &c. Sed Atticum est εἶεν, pro εἴησαν, ab εἰμὶ, *sum,* et τεθεῖεν, pro τεθείησαν, a τίθημι, *pono,* &c. Sed de his postea.

DE PRAEPOSITIONE.

Praepositio est pars orationis indeclinabilis regens quendam casum.

Praepositionum primigenius usus est denotare id quod ad LOCUM cujusvis, respectu alterius, attinet; adeo ut alterutrius MOTUS, alterius autem QUIES; vel utriusque MOTUS aut QUIES exprimatur; velut, *Mittunt legatos* AD *Caesarem. Iter erat illis* PER *Alpes. Flumen Arar* IN *Rhodanum influit.* PRAE *foribus obambulat. Recubans* SUB *tegmine fagi. Hic* INTER *densas corylos.* INTER *sylvas Academi. Obviam facti sunt* INTER *se.*

Ex hac primigeniâ suâ significatione Praepositiones saepissimè transferuntur, per analogiam maximè naturalem, ad id quoque significandum quod ad TEMPUS attinet: velut, *Surrexit* ANTE *lucem. Colloquebatur* INTER *coenam. Vivit* POST *funera Virtus.*

Dehinc earum nonnullae usurpantur variè ad varios exprimendos nexus, sive causae cum effectu, seu ἐνεργείαν Animi cum rebus externis: velut, *Roscius* PER *imprudentiam deceptus est. Caesar* DE *hac re ita censebat. Egregia erat pietas ejus* IN *parentes.*[a]

---

[a] Hæc enarrantur fusius inter docendum.

Ex vario praepositionum,[b] sive simplicium seu compositarum, usu oritur, non minimâ ex parte, exquisita illa L. Gr. felicitas quam omnes, in omni aevo, admirati sunt Eruditi.

Graecas Praepositiones ad captum tironum accommodanti nonnullae occurrunt quarum vim genuinam Sermo nunc quidem Anglicanus nunc autem Gallicus, aptiùs ac feliciùs quam Latinus attingit.

Linguae Graecae Praepositiones[c] sunt octodecim.

Earum aliae regunt unum, aliae duos, aliae autem tres casus.

I.

Quatuor regunt Genitivum solummodo;

Scil. Ἀντὶ, Ἀπὸ, Ἐκ vel Ἐξ, Πρὸ.

---

[b] Quod autem ad nomen hujus partis orationis attinet, vide *Theodori Gazae* Introd, Grammat. p. 163. Edit. Basil. apud Valent. Curionem, 1523.

[c] Quanquam tam fusè de Græcis Præpositionibus apud Grammaticos et Lexicographos agatur, eorum tamen nemo est cui veras et genuinas illarum significationes eruisse, et clarâ demùm luce perfudisse contigerit. Hujus Grammatices partis difficultatem quum persensisset Vir celeberrimus, nuper defunctus, Jac. Moor, in Acad. Glasg. Litt. Gr. Prof. ad eam expediendam se diligenter accinxit: atque ingenii acumine (quo quidem pollebat eximio) ei filum *Ariadnes* in hoc labyrintho suppeditante, viam rectam ad Præpositionum Græcarum cognitionem primus post renatas Literas patefecisse videtur; uti intelligere est ex dissertatione ejus, sermone Anglicano exaratâ, quæ inscribitur, *On the Prepositions of the Greek Language; an introductory Essay*, Glasg. 1766. Dolendum tamen est Virum acutissimum nihil de hac re edidisse nisi brevem illam *Introductionem*; pretiosam quidem eam, sed priorem tantùm operis ab illo suscepti partem. Ex illâ tamen quæ ad rem nostram facere viderentur nos desumpsisse lubentes agnoscimus.

1. Αντὶ.[d]

Αντὶ—Latinè, plerumque, redditur *pro*, (scil. *loco* vel *vice*.) Anglicè, INSTEAD OF; Gallicè, *au lieu de*. Sic,

Εἰρήνη ANTI πολέμου. Thucyd. IV. 20.	*Pax* pro *bello*.
ANTI μεκάλων εὐεργεσιῶν. *Ibid.* IV. 11.	Pro *magnis beneficiis*.

OBSERVANDA.

1. Verisimillimum est Αντὶ primitus usurpatum fuisse ad designandum alterum poni CONTRA alterum; [Anglicè—OPPOSITE TO—; Gallicè——*vis â-vis de*—] id quod fieri solebat, antiquissimis temporibus, quum merces essent commutandæ; [Angl.—*in the case of barter*.] Unde facillimè transferebatur ad indicandam ipsam mercium commutationem; vel quodlibet suffectum IN LOCUM alterius, [Angl. *Something substituted* in place of *some other thing*;] quæ quidem tandem fiebat communis ipsius significatio.

2. Manebat tamen primarius ejus sensus in vocibus plerisque compositis: Sic, ANTIλέγω, CONTRA*dico*; ANTIφωνέω, è contrario *sono*: Κἀγὼ μὲν ᾖδον ἄθλους Ἡρακλέους· λύρη δὲ Ἐρῶτας ANTεφώνει· [Anac. Od. 1.] Angl. *And I, on the one hand, fell a-singing the labours of Hercules: my Lyre, on the other hand*, in opposition to *me, began to resound Loves*. In quibusdam autem cernere est alteram illam vulgarem ejus significationem: Sic, ANTωνόμασε Μεσσήνην. [Thucydid. VI. 5.] *He* chan-

---

[d] N. B. Hæc præpositio, sequente consonante, scribitur ἀντὶ· sequente vocali lævigatâ ἀντ'· sequente autem vocali aspiratâ ἀνθ'· Sic itidem, ἀπὸ, ἀπ', ἀφ'· et κατὰ, κατ', καθ'· et μετὰ, μετ', μεθ', et ἐπὶ, ἐπ', ἐφ'· et ὑπὸ, ὑφ', ὑφ'· Atque ita in multis aliis Græcorum vocibus.

ged *its name into Messene.* [*He substituted Messene* instead of *its other name.*]

3. Αντὶ sæpè supprimitur per Ellipsin, præsertim in locutionibus emendi aut vendendi: Sic, Πόσου τίς πρίασθαι δύναται τὸ τῆς Ἥρας ἄγαλμα; δραχμῆς. [Æsop. Fab.] For [instead of] *how much can one buy the statue of Juno?* For *a drachma,* i. e. ἀντὶ πόσου—ἀντὶ δραχμῆς. Vide *Lamberti Bos.* Ellips. Gr.

4. Αντὶ sæpe regit infinitivum verbi cum articulo: Sic, ΑΝΤΙ τοῦ τιμωρήσασθαι, [Æsop. Fab.] *Instead of punishing.*

2. Ἀπὸ.

Ἀπὸ—Latinè significat *a, ab, de,* Anglicè FROM. Sic,

Κῦρος ὡρμᾶτο ΑΠΟ Σάρδεων. Xenoph. Anab. I.	*Cyrus began his March* FROM *Sardes.*
ΑΠΟ τοῦ Ποσειδωνίου. Thucyd. IV. 118.	FROM *the Temple of Neptune.*

OBSERVANDA.

1. Ἀπὸ primitus indicabat Discessum aut Distantiam unius hominis vel rei A *loco* alterius: [Anglicê, *The Departure, or the Distance of one person or thing* FROM the place *of another.*] Unde, per transitionem facilem, usurpatur etiam ad significandum Progressum vel Intervallum unius puncti Temporis AB altero; et redditur interdum *post;* Anglicè FROM, vel AFTER; Gallicè *depuis, après:* Sic, ΑΠΟ τοῦ νῦν, FROM *the present time.* ΑΠΟ δείπνου, *a cœnâ; after* [FROM *the time of*] *supper.* ΑΠΟ σάλπιγγος, a *tubæ signo;* post *tubæ sonitum.*

2. Ἀπὸ Latinè significat, *a, ab:* Angl. FROM; Sed variè aliquatenus in variis: exempli causâ; 1mo, Ενεργείαν denotat agentis directam *ab—:* Sic, —ΑΠΟ σκοπιῆς εἶδεν νέφος.—Il. δ. 275.] *a speculâ vidit nubem.* ΑΠΟ τοῦ τείχεως μάχεσθαι, *to fight* FROM *the wall.* 2do, Partem cujusvis ablatam *ab—.* Sic Θυσίας

θύων μικρὰς ΑΠΟ μικρῶν, [Xenoph. Mem. I. iii. 3.] *offering small sacrifices* FROM *a small fortune*, &c.

3. Ex quibus omnibus discentes nequibunt non sentire genuinam vim τῆς ΑΠΟ in hujuscemodi phrasibus: Scil.

Οἱ ἀπὸ	τῆς βουλῆς,	*Senatores.*
	τοῦ πλήθους,	*Plebeii.*
	φιλοσοφίας καὶ λόγων,	*Philosophi ac Literati.*
	τῆς στοᾶς,	*Stoici.*
	τοῦ περιπάτου,	*Peripatetici.*
	τῶν μαθημάτων,	*Mathematici.*

Item,

Ἀπὸ	τύχης,	*Fortuitò.*
	στόματος, }	*Memoriter.*
	μνήμης, }	
	γλώσσης,	*Vivâ Voce,*

4. Simplicis hujus præpositionis vi benè perspectâ, eadem ejus vis in compositione etiam observanda est[e]: Exempli gratia; οἶκος, *domus;* ΑΠοίκος, *in coloniam missus:* ΑΠοικία, *colonia;* ΑΠοικέω, *in coloniam migro;* ΑΠοικίζω, *in coloniam deduco;* βαίνω, *eo,* ΑΠΟβαίνω, *abeo;* βάλλω, *jacio,* ΑΠΟβάλλω, *abjicio,* &c.

5. Ἀπὸ in compositione sæpè regit suum casum: Sic, ΑΠέχομαι κακῶν, *abstineo a malis.* Ubi obiter notanda est, etiam

---

[e] Idque etiam cum significationem Verbi simplicis nunc augere, nunc evertere videatur: sic, καλύπτω, *tego,* ΑΠΟκαλύπτω, *detego;* quasi dicas Anglicè, *I take the veil away* FROM *any thing.* κρύπτω, *abscondo,* ΑΠΟκρύπτω, *seorsum abscondo.* Anglicè, *I hide something apart* FROM *other things.* [ΑΠΟκρύπτομαι, in Voce Med. *delitesco.*] μανθάνω, *disco,* ἀπομανθάνω, *dediscо:* Anglicè, *I depart* FROM *learning; I forget.* διδάσκω, *doceo,* ΑΠΟδιδάσκω, *dedoceo.* Anglicè, *I am quite away* FROM *teaching. I do something quite the reverse of teaching.* Atque ita Horatius Lib. II. Od. 1.

——————populumque falsis
Dedocet uti
Vocibus——————

And does what is quite the reverse of teaching the people to use false appellations.

vera significatio Vocis Med. Scil. ἔχομαι, *I hold myself*, ΑΠΟ κακῶν, FROM *mischief*.

6. Denique, Ἀπὸ interdum supprimitur per Ellipsin; Sic, ἁρπάζειν θανάτου, *eripere morti*, i. e. ΑΠΟ θανάτου. Ex Homero suppetit exemplum utriusque Syntaxeos simul, tum plenæ, tum ellipticæ.

Ἡ δὲ τόσον μεν ἔεργεν ΑΠΟ χροὸς, ὡς ὅτε μήτης
Παιδὸς ἐέργει μυίαν.—— [Il. δ. 130.
Hæc verò tantum inhibuit a corpore ut cùm mater
A filio arcet muscam——.[f]

3. Εκ vel Εξ.[g]

Εκ vel Εξ—Latinè significat *e*, *ex*. Anglicè OUT OF. Sic,

ΕΚ Χερρονήσου ὁρμώμενος. Xenoph. Anab. I.	E *Chersoneso prodiens.*
Εκ στόματος λύκου. Æsop.	Ex *ore lupi.*

OBSERVANDA.

Primigenius usus Præpositionis Εκ vel Εξ, est indicare aliquem *discedere* E loco; vel quodvis *eximi* EX quovis alio: [Anglicè, *That a person departs* OUT OF *a place*; or *that any thing is taken* OUT OF *any other thing*.] Inde facilè transfertur ad significandum; 1mo, Aliquid factum *ex* quavis materiâ: Sic, ποτήριον ΕΚ χρύσου, Angl. A *cup of* [*made* OUT OF] *Gold*. 2do, Aliquid exemptum E numero: Sic, ΕΚ μετοίκων, EX *inquilinorum numero*. 3tio, Aliquid mutatum EX uno statu in alterum:

---

[f] Vide *Lamberti Bos* Ellipses Gr. [p. 470. Edit. Norimberg. 1763.] De quo doctissimo Scriptore licet observare, eum amori suo erga Ellipsin nimis indulsisse; quanquam tamen nec ille suâ laude sit fraudandus, quippe qui multò dilucidiùs et elegantiùs quam vulgus philologorum sententiam suam ubique exposuerit.

[g] Scil. ἐκ ante consonantem; ἐξ ante vocalem.

Sic, ΕΞ εἰρήνης πολεμεῖν, [Thucyd. I. 120.] *pacem cum bello commutare:* Angl. OUT OF *peace to make war.*

2. Evidens est differentia inter Εκ et Απο· Sic ΕΞ ἀγορᾶς καὶ ΑΠΟ τῆ βουλευτηρίου, [Platon. Menex. ad init.] E *foro et* A *Senatu.* In quibusdam tamen locutionibus, neglectâ hâc differentiâ utpote non tanti, utravis communitèr usurpari videtur: Sic,—ὄναρ ΕΚ Διὸς ἐστίν. [Il. α. 63.] *Somnium* A *Jove est.* Εκ Διὸς ἀρχώμεσθα· [Theocr. Idyl. ιζ'.] A *Jove principium faciamus.* Atque ex aeque dici potest ΕΞ ἀρίστου, et ΑΠ' ἀρίστου, a *prandio;* Angl. *after dinner;* item Οἱ ΑΠΟ τῆς στοᾶς, et Οἱ ΕΚ τῆς στοᾶς, *Stoici,*[h] &c.

3. In nonnullis etiam phrasibus, quae redduntur per adverbium Latinorum, ΕΚ et ἀπὸ communiter usurpari possunt: Sic ΕΚ τοῦ δικαίου, *justè.* ΕΚ τοῦ ἀδίκου, *injustè.* ΕΚ τῶν θεμελίων, *fundilus.* ΕΚ τοῦ παραχρῆμα, *subitò,* &c.

4. Eandem hujus praepositionis vim cernere est in compositione; Sic, ΕΚνοῦς, *demens,* [Angl. OUT OF *one's wits;*] ΕΚβαίνω, *egredior;* Εκβάλλω, *ejicio;* ΕΞάγω, *educo;* ΕΞάλλομαι, *exsilio.* Sed notandum, quodcunque in suo genere magnum est et excellit, id videri esse *exemptum e* turbâ, *e* grege caeterarum ejus generis rerum: (unde vis et elegantia vocum Latinarum *Eximius, Egregius.*) Quapropter Εκ in compositione interdum denotat *Eminentiam,* inde *Vehementiam,* vel id quod Graecè dicitur esse κατ' ΕΞοχήν· Sic, ΕΞαίρετος, *eximius;* ΕΚπικρὸς, *valdè amarus;* ΕΚπορθέω, *devasto;* ΕΚταράσσω, *perturbo;* ΕΚτιμάω, *valde honoro;* ΕΚλάμπω, *eluceo;* ΕΚμανθάνω, *edisco;* ΕΚβοάω, *exclamo.* [Angl. *I cry* OUT.]

5. Denique, Εκ interdum supprimitur per Ellipsin; Sic,—τόσδε παῖδας γῆς ἐλᾶν Κορινθίας. [Eur. Med. 70.] *Liberos hos terrâ Corinthi ejicere;* i. e. ΕΚ γῆς·] Σιδήρου πεποιημένος, e *ferro factus;* [i. e. ΕΚ σιδήρου.]

---

[h] Vide supra inter Observanda ad ἀπὸ.

4. Πρὸ.

Πρὸ—Latinè significat *ante, pro, prae;* Anglicè BEFORE. Sic;

ΠΡΟ δόμων.	Eurip.	Ante *aedes.*
ΠΡΟ τῶνδε φωνεῖν.	Soph.	PRAE *his loqui.*

OBSERVANDA.

1. Πρὸ denotat id quod prius est quod ad *locum.* [Anglicè, *Priority in point of* place.] Et quoniam, qui aliquid contra vim alienam defendit, necesse sit ut is seipsum sistat *ante* id quod velit defendere; idcirco Πρὸ usurpatur ad id exprimendum quod est etiam Latinè *pro;* [Angl. For, i. e. *In defence of:*] Sic, Πρὸ τῶν ἰδίων μάχεται, pro *suis pugnat:* Anglicè, *He fights for* [in defence of] *his own.* Et quoniam qui proceres aut reges adierit, verisimile sit eum stare *ante* eos; i. e. iis in conspectu, *coram;* idcirco Πρὸ usurpatur ad id significandum quod est Latinè *coram;* [Angl. BEFORE, i. e. *In presence of.*] Sic ΠΡΟ τοῦ βασιλέως, coram *rege;* Angl. BRFORE [in presence of] *the king.*

2. Πρὸ per transitionem facilem, usurpatur etiam ad id exprimendum quod ad *tempus* attinet; qui quidem est usus ejus frequentissimus: Sic, πρὸ τῆς ἕω, [Thucyd. IV. 31.] Ante *auroram;* Angl. BEFORE *morning.* Et quoniam qui alterum alteri anteposuerit, verisimile sit eum quod melius, quam quod pejus esse crediderit, id *priùs* sumpturum, idcirco Πρὸ usurpatur ad denotandum id quod est Latinè *præ,* i. e. *potius quam;* [Angl. BEFORE, i. e. *in preference to*] Sic πόλεμον ΠΡΟ εἰρήνης αἱρέεται, [Herodot.] *bellum* prae *pace deligit;* vel *bellum* potius quam *pacem deligit;* Angl. *He chooses war* in preference to *peace. He prefers war* BEFORE *peace.* Ἐκείνῳ ΠΡΟ τούτου ἐχρῶντο, [Thucyd. IV. 126.] *illâ* potius quam *hâc ratione utebantur.* Angl. *They preferred the one method* BEFORE *the other.*[i]

---

[i] Discentes observent quoque contractionem præpositionis Πρὸ cum Articulo et Infinitivo verbi, atque cum accusativo agentis ante Infinitivum: sic, ΠΡΟ τοῦ τύπτειν, Angl. BEFORE *striking.* ΠΡΟ τοῦ ἐμέ τύψαι, BEFORE *I struck.* Πρὸ τοῦ ἐκεῖνον τετυφέναι, BEFORE *he is* [*or was*] *done with striking,* &c. De Ellipsi hujus præpositionis vide Lambert. Bos. Ellips. Gr. ad vocem.

3. Ex quibus omnibus manifestissima est hujus praepositionis vis in compositione: Exempli gratiâ; ΠΡΟπύλαιον, *vestibulum domus;* ΠΡΟθυμος, *sedulus;* ΠΡΟλαμβάνω, *anticipo;* ΠΡΟμάχομαι, *propugno;* ΠΡΟπέμπω, *præmitto;* ΠΡΟβαίνω, *prægredior, antecello,* &c. Et quando verbum, quîcum componatur, motum ejus qui vel agit vel patitur indicat, hujusce præpositionis vis interdum optimè redditur Anglicè *forth:* Sic, ΠΡΟάγω, *educo;* Angl. *I lead* forth: ΠΡΟέρχομαι, *egredior, prodeo;* Angl. *I go or come* forth: ΠΡΟκαλέομαι, *provoco aliquem* [puta *ad singulare certamen;*] Angl. *I call* forth, *I challenge.*

II.

Duae regunt Dativum solummodo: Scil. Εν, Σὺν[k].

---

[k] Sequentem pulcherrimam analogiam, qualem, quod sciam, nulla alia usquam gentium tam plenè assequuta est lingua, sedulò observent discentes et admirentur.

1. Εν et Σὺν in compositione, manent immutatæ ante vocalem: Sic, ΕΝ-Αλλάσσω, *immuto,* ΣΥΝ-Οικέω, *una habito,* &c.

2. Manent etiam immutatæ ante tertium ordinem mutarum: Sed, ante primum ordinem, ν mutatur in μ· et ante secundum in γ. Exempli gratiâ,

1. ΕΜ-	Πίπτω, *incido.*	ΣΥΜ-	Πέιθω, *una persuadeo.*
	Βάλλω, *injicio.*		Βαίνω, *congredior.*
	Φορέω, *importo.*		Φρονέω, *consentio.*
2. ΕΓ-	Κλέιω, *includo.*	ΣΥΓ-	Καλέω, *convoco.*
	Γράφω, *inscribo.*		Γελάω, *simul rideo.*
	Χρίω, *inungo.*		Χέω, *confundo.*
3. ΕΝ-	Τείνω, *intendo.*	ΣΥΝ-	Ταράσσω, *commoveo.*
	Δίδωμι, *in manus do.*		Δέω, *colligo.*
	Θλίβω, *imprimo.*		Θνήσκω, *commorior.*

3. ν ante liquidam in alteram liquescit liquidam ejusdem generis: Sic,

Εν—Latinè significat *in* (scil. *in loco* vel *intra locum.*) Anglicè IN : Gallicè *en, dans.* Sic,

ΕΝ τέτῳ τόπῳ. Xenoph. Anab.	In *hoc loco.*
Ετι ΕΝ βαβυλῶνι κεῖμαι. Lucian.	*Adhuc* in *Babylone jaceo.*

OBSERVANDA.

1. Εν designat aliquid contineri intra certum ac definitum *lo-*

ΕΛ-Λάμπω,	*illuceo.*	ΣΥΛ-Λέγω,	*colligo.*
ΕΜ-Μίγνυμι,	*immisceo.*	ΣΥΜ-Μάρπτω,	*corripio.*
ΕΝ-Ναίω,	*inhabito.*	ΣΥΝ-Νοέω,	*mecum reputo.*
ΕΡ-Ριγόω[1],	*inalgesco.*	ΣΥΡ-Ρέω,	*confluo.*

4. ν ante σ, sequente vocali, fit alterum σ· sequente vero mutâ, eliditur. Atqui manet Εν immutata, ne scil. confundatur in quibusdam personis cum verborum simplicium augmento syllabico.—Sic, ΣΥΣ-Σιτέω, *una cibum capio.*

σπ	ΣΥ-	ΣΠάω, *contraho.*	ΕΝ-	ΣΠείρω,	*insero.*
σβ		[Deest exemplum[m].]		[Deest exemplum.]	
σφ		ΣΦάττω, *simul jugulo.*		ΣΦραγίζω,	*signum imprimo.*
σκ	ΣΥ-	ΣΚάπτω, *simul fodio.*	EN-	ΣΚήπτω,	*ingruo.*
σγ		[Deest exemplum[n].]		[Deest exemplum[n].]	
σχ		ΣΧηματίζω, *conformo.*		ΣΧολάζω,	*immoror.*
στ	ΣΥ-	ΣΤρατένω, *simul milito.*	EN-	ΣΤρέφω,	*intorqueo.*
σδ		Ζάω[o], *una vivo.*		Ζέομαι[o],	*inferveo.*
σθ		[Deest exemplum[p].]		[Deest exemplum[p].]	

Cæterùm, methodus augmenti in ejusmodi verbis inserendi traditur vivâ voce inter docendum.

---

1 Sed hoc rarò, confundatur in quibusdam personis cum verborum simplicium augmento syllabico: quapropter ἐν ante ρ, plerumque manet immutata: Sic ΕΝ-Ράπτω, *insuo*, &c.

m Nulla enim est vox Græca quæ incipit a σβ nisi σβέννυμι, *extinguo*, cum suis verbalibus.

n Nulla enim vox Græca incipit a σγ.

o Nam ζ quæ valet δς, valet etiam σδ. Saltem ita Dores, qui ponunt συρίσδω pro eo quod est συρίζω, *fistulâ cano.* Attamen ψ est semper πς, βς, vel φς· et ξ est κς, γς, vel χς.

p Nulla enim primit. vox Gr. incipit a σθ nisi σθένω, *valeo.*

sum.[q] [Angl. *that something is contained within a limited* place.] Inde transfertur ad idem notandum quum sermo sit de spatio *temporis:* Sic, ΕΝ τρισὶν ἡμέραις, *tribus diebus.* ΕΝ σπονδαῖς, Angl. In [*during*] *the time of the truce.*[r]

2. Inde etiam notat; 1mo, Aliquid esse *inter* alia: [Angl. *Among.*] Sic Οὔρεος ΣΝ κορυφῇς; [Il. β. 456.] *Montis* in *verticibus.* ΕΝ εἴδοσιν, [Thucyd. II. 36.] Angl. Among *persons who know.* 2do, Alterum esse *in* potestate alterius; Latinè *penes:* Sic, ΕΝ ἐμοί ἐστι, In *me est.* ΕΝ σοὶ γὰρ ἐσμὲν. [Soph. Oed. Tyr.] In *te enim sumus;* Angl. *We are* in *thy power. We depend upon thee.* 3tio, Aliquem esse *in* certo statu sive animi, seu corporis: veluti quum dicimus; ΕΝ φόβῳ εἰμὶ, In *timore sum: Timeo.* ΕΝ θαύματι ἦσαν καὶ ἐκπλήξει, [Thucyd.] *Admirabantur et attoniti erant.* 4to, Aliquid fieri certo modo; sic, ΕΝ τῷ ὁμοίῳ, *Eodem modo:* Angl. In *the same manner.* [Supple τρόπῳ[s].]

3. Eadem ferè hujus præpositionis vis in compositione notanda est: Exempli causa: ΕΝοικέω, *incolo;* ΕΝοικος, *incola;* ΕΓκαίω, *inuro;* ΕΓκαυμα, *nota inusta.* ΕΓκαλέω[t], *in jus voco,* ΕΓκλημα, *accusatio.* ΕΜπλέκω, *implico;* ΕΓχρίω, *inungo.* ΕΛΛείπω, *relinquo aliud in,* &c.[u]

---

[q] Idque sive sermo sit de motu, seu de quiete intra spatium istud definitum: velut, καθίζομαι ἢ περιπατέω ΕΝ τῷ γυμνασίῳ. *Sedeo vel ambulo* in *gymnasio.*

[r] Huc pertinent ΕΝ τῷ παρόντι, *Nunc:* Εν τέτῳ, *Interea;* [Supple χρόνῳ.] ΕΝ τῷ σπείρειν. Angl. In *the time of sowing.* ΕΝ τέτοις ὑπάτοις, *His consulibus.* Angl. In *the time of* [during] *their consulship.* Et similia.

[s] Huc spectant ΕΝ ἴσῳ, *æqualiter.* ΕΝ καλῷ, *commodè.* ΕΝ καλλίσῳ, *commodissimè,* &c.

[t] De mutuâ, quæ vulgò existimatur, confusione præpositionum Εν et Εἰς, vide infrà ad Εἰς.

[u] Hujus præpositionis constructio cum Dativo *Instrumenti,* quod notârunt Grammatici, velut istud ex Euripide, ΕΝ βέλει πληγείς, *percussus* in *telo,* (quod poni volunt pro eo quod est *percussus telo,*) admodum videtur dura. Fortasse constructio est elliptica hoc modo supplenda. πληγείς—τῇ δυνάμει ἡ ἐστὶ,—Εν βέλει, *percussus* vi quæ inest *telo:* tanquam ac si causa efficiens inesset instrumento. Sic apud *Xenoph.* φανερὸν—ὅτι—Λακεδαιμονίοι ἔτ' ἂν Θρᾳξὶ ΕΝ πέλταις καὶ ἀκοντίοις, οὔτε Σκύθαις ΕΝ τόξοις ἐθέλοιεν ἂν διαγωνίζεσθαι, *Manifestum est Lacedæmonios neque cum Thracibus peltis ac jaculis, neque cum Scythis arcubus velle decertare.* Mem. Socrat. III, 9.

4. Εν interdum supprimitur per Ellipsin: Sic—αἴθερι ναίων [Il. β. 412 In *æthere habitans.* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, *Eodem die*, &c. Interdum ipse Dativus post ἐν supprimitur; velut, ΕΝ ᾅδε· i. e. ΕΝ τῷ τόπῳ τῦ ᾅδε,—*In inferno.*

2. Σὺν.*

Σὺν—Latinè significat *cum*, *una cum.* Anglicè WITH, *together* WITH. Gallicè *avec.* Sic,

Βασιλεὺς ΣΥΝ τῷ στρατεύματι. Xen. Anab. I.	*Rex* cum *suo exercitu.*
—ΣΥΝ τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε. Iliad. γ. 29.	Cum *armis desiliit humi.*

OBSERVANDA.

1. Σὺν denotat aliquid vel comitans vel adjunctum. [Angl. *Either the Concomitant, or the Adjunct.*] Inde etiam usurpatur interdum ad notandum; 1mo, Auxilium comitantis; Sic, ΣΥΝ τοῖς θεοῖς [Thucyd. I. 86.] Cum *deorum auxilio.* ΣΥΝ τινι εἶναι, *Stare a partibus alicui;* Angl. *To be* WITH *any one: To be on the side of any one.* 2do, id quod est consentaneum *cum*:—Sic, ΣΥΝ τῷ νόμῳ [Xenoph. Cyrop.] Cum *lege consentaneum.* 3tio, Modum quo aliquid fit; redditurque per adverbium: Sic, ΣΥΝ κόσμῳ, *concinnè*, Angl. WITH *elegance; In an elegant manner.* ΣΥΝ φόβῳ, *timidè*, Angl. WIEH *fear.* 4to, Interdum etiam tempus respicit: Sic, ΣΥΝ τῷ χρόνῳ, *tempore*, Gallicè, avec *le tems.*

2. In compositione vis ejus est manifestissima: Sic, ΣΥΝάγω, *congrego.* ΣΥΝοικέω, *unà habito.* ΣΥΝοικος, *contubernalis.* ΣΥΝόμνυμι, *conjuro*[x], &c.

3. Σὺν in compositione sæpissimè regit suum casum: Sic,—τὸ ἄγκιστρον τῷ δελέατι ΣΥΓκατάσπασας. [Lucian.] *hamo* cum *esca*

---

[x] Atticè Ξύν.

* De differentiâ inter Σὺν et Μετὰ quando regit Genitivum præsertim in compositione, vide infrà ad Μετὰ.

pariter *avulso.* Αλλη ΣΥΝοικεῖ πόσις συνεύνῳ, [Eurip. Med.] cum *alia habitat uxore.*

4. ΣΥΝ sæpe supprimitur per ellipsin: Sic, Τρῶες μὲν κλαγγῇ —ἴσαν, [Il. γ. 2.] *Trojani quidem* cum *clangore ibant.* Idque frequenter post adverbium ἅμα, utrum tempus respiciat, necne: Sic, ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕκαστοι, [Iliad. γ'. 1.]—una cum *ducibus quique.* ἅμα τῇ ἠμέρᾳ, cum *die:* i. e. *primâ luce.* Sæpe etiam supprimitur, quum indicatur congressus hostilis: Sic, Λαγωοί πολεμέοντες ἀετοῖς, *Lepores bellantes* cum *aquilis.* Fortasse etiam ante dativum instrumenti: Sic, Ἕκτωρ δ' Ἠϊονῆα βάλ' ἔγχεϊ ὀξυόεντι, [Il. η. 12.] *Hector autem Eioneum percussit hastâ acutâ.*

III.

Duæ regunt Accusativum solummodo: Scil. Εἰς, Ανὰ.

1. Εἰς.[z]

Εἰς—Latinè significat *Ad*, vel *in*, (scil. *in*, quando regit Accusativum;) Angl. To, INTO, &c. Sic,

ΕΙΣ τὸν οὐρανόν, Xen. Cyrop.	In *cœlum.*
Παῖδες ΕΙΣ τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες. Id.	*Pueri* ad *scholas ventitantes.*

OBSERVANDA.

1. ΕΙΣ denotat motum ad quendam *locum;* plerumque ut id quod progreditur sit tandem in isto loco; [Angl. *Motion* TO *a certain* place; *for the most part so that what is advancing may be* WITHIN *that place.*] Sic, ΕΙΣ Πέρσας πορεύεσθαι, [Xen. Cyrop.] *ad Persas,* vel *in terram Persarum proficisci.* ΕΙΣ τοὺς πολεμίους, [Ibid.] *ad hostes,* vel *in terram hostium.* Unde interdum confundi videtur cum præp. Εν. ut, Κῦρος παρῆν ΕΙΣ τὸ αὐτὸ χωρίον, [Ibid.] *Cyrus aderat in eodem loco;* quod tamen est quasi diceres, *Cyrus in eundem locum progressus, ibi aderat.*

---

[z] Atticè Ες.

Et, vice versâ, Εν interdum confundi videtur cum ΕΙΣ. ut καταβάντες ΕΝ μέσῳ, *cum descendissent in medium;* quod tamen est quasi diceres, *cum descendissent adeo ut essent in medio*[a].

2. ΕΙΣ interdum ad *tempus* refertur; Sic, ΕΙΣ τρίτην ἡμέραν παρεῖναι, [Xen. Cyrop.] *ad tertiam diem adesse.*

3. Interdum etiam ad numerum; Sic, ΕΙΣ τὺς μυρίους, [Ibid.] *ad decem millia; circiter decem millia;* denotatque interdum numerum distributivum: Sic, ΕΙΣ ἕνα, *singuli,* [Ibid.] ΕΙΣ δύο ἄγειν, [Ibid.] *binos ducere.*

4. Metaphoricè usurpatur, quando significat *id quod attinet* AD: Angl. *tending* TO, *reaching* TO, *respecting;* Sic, τὰ ἐγκλήματα, τὰ ΕΣ τὺς Αθηναίους, [Thucyd.] *the accusations respecting* [*reaching* TO] *the Athenians;* vel, quando respicit causam finalem, veluti cum dicimus, ΕΙΣ τὸ γράφειν, *ad scribendum.* ΕΙΣ τὸ ἀνέχεσθαι θάλπη, [Xen. Cyrop.] *ad tolerandos calores.* ΕΙΣ τὸ μανθάνειν σωφρονεῖν αὐτὺς, Angl. *to their acquiring a prudent deportment.*

5. Ex quibus omnibus vis ejus manifestissima est in hujusmodi phrasibus: ΕΙΣ δύναμιν, vel ΕΙΣ τὸ δύνατον, *pro viribus.* Angl. TO *the utmost of one's power.* ΕΙΣ ἅπαξ, *semel;* ΕΙΣ δις, *bis;* ΕΙΣ ἀεὶ, *semper.* ΕΙΣ τὸ ἀσφαλεστατον, *usque ad firmissimum,* Angl. *to the utmost pitch of strength.* ΕΙΣ ὀλιγὸν, *leviter.* ΕΙΣ ὀλιγὸν ἀφίκετο, *parum abfuit quin.* ΕΙΣ τόδε, *huc,* Angl. *to this pass.* ΕΙΣ ὅσον, *quamdiu.* ΕΙΣ τέτταρας, *quaterni,* &c.

6. Manifestissima est etiam ejus vis in compositione: Sic, ΕΙΣκομίζω, *importo;* ΕΙΣέρχομαι, *ingredior;* ΕΙΣπίπτω, *incido;* ΕΙΣφέρω, *inferó;* ΕΙΣφορὰ, *collatio pecuniæ in publicum aerarium;* ΕΙΣοδος, *ingressus,* &c.

7 Denique, ΕΙΣ interdum supprimitur, per ellipsin: Sic, Ερχεσθον κλισίην Πηληϊάδεω Αχιλῆος, [Hom.] *Abite* ad *tentorium Pelidae Achillis.* Interdum accusativus post ΕΙΣ supprimitur: Sic, ΕΙΣ Αρτέμιδος, *ad Dianae,* i. e. *ad templum Dianae;* supple ναόν. Articulus autem post ΕΙΣ aliquando exprimitur, ipsius nomine

---

[a] Vide Sam. Clarke, ad Cæsaris Comment. de Bello Gall. lib. iv. § 9. item ad Hom. Il. α, 593.

suppresso; Sic, ΕΙΣ τὴν Γαδάτα, [Xen. Cyrop.] *in regionem Gadatae:* Supple χώραν.

2. Ἀνὰ.

Ἀνὰ—vulgò redditur Latinè *Per;* interdum *In:* Angl. THROUGH; IN. Sic,

ANA πέδιον.	Per *campum.*
ANA ἀστύ.	Per *urbem;* vel In *urbe.*

OBSERVANDA.

1. ANA revera denotare videtur motum huc et illuc, sive itionem et reditionem, sursum ac deorsum, intra *locum;* vel inter multitudinem: [Angl. *Motion* TO AND FRO, *or* UP AND DOWN,[2] *in a place,* or among a multitude.] Sic, ANA τὰ ὄρη πλανᾶσθαι, [Xen.] *Per montes errare,* Angl. *To wander* UP AND DOWN. *the mountains.* Εγὼ δ' ANA δῆμον ἑταίρους—συλλέξομαι, [Hom.] *Ego vero per populum socios colligam,* Angl. *And I will collect my companions* UP AND DOWN, *among,* [i. e. *through*] *the people.* Οὐδ' ἐκέδασθεν ANA στρατὸν, [Hom.] *Nec dissipabantur per castra.* Angl. *Nor were they scattered* UP AND DOWN *in the camp.* Θέων ANA δηϊοτῆτα, *Currens per praelium.* Angl. *Running* UP AND DOWN *the field of battle.*—Quæ ejus significatio observari possit etiam quando redditur *In:* Sic, τὰ φρονέοντ' ANA θυμὸν, *ea cogitantem in animo;* i. e.—*huc et illuc, vel sursum ac deorsum in animo.* Βασιλῆας ANA στομ' ἔχων, *Reges in ore habens.* [Hom.] Angl. *Mentioning the kings frequently.*

2. Inde sumitur ad denotandum numerum distributivum: hoc modo, Ὕδατος ANA εἴκοσι μέτρα ἔχευε [Odyss. ι, 209.] *Aquae vicenas mensuras fundebat.* Ελαβον ANA δηνάριον, [Matth. xx. 9.] *Accipiebant singuli denarium.*

3. De tempore interdum usurpatur: Sic, ANA νύκτα, [Hom.] *Per noctem,* Angl. *During the night.* ANA πάσαν ἡ-

---

[2] Ἀνὰ nunquam ritè significat, Angl. *Down,* Hæc significatio potius ad κατὰ pertinet.

μεραν, [Xen.] *Per totum diem.* ANA χρόνον, [Dion. Hal.] *Progressu temporis.*

4. Hæc autem præpositio nonnunquam, sensu strictiore, sumitur ad elationem vel ascensum tantùm exprimendum: id scilicet quod effertur, Anglicè UP: Sic, Απὸ θαλάττης ANA τὸν ποταμὸν, [Dion. Hal.] Angl. *From the sea* UP *the river.* Sed hoc rarò, nisi in compositione, ubi hæc est vulgaris ejus significatio; cui opponitur ΚΑΤΑ, DOWN: Sic, ANAβαίνω, *ascendo,* Angl. *I go* UP; ΚΑΤΑβαίνω, *descendo,* Angl. *I go* DOWN. Ὁ Κῦρος φρουρὸς ἐις τὰς ἄκρας ANέπεμπε. Angl. *Cyrus sent* UP *garrison-soldiers into the castles.* Quæ ejus significatio in compositione, exemplorum varietate facilè comprobari potest; Sic, ANAβοάω, *Ejulatum tollo,* Angl. *I raise or set* UP *a shriek.* ANAγελάω, *Risum tollo; I raise or set* UP *a laugh.* ANAβλέπω, *Oculos aperio,* Angl. *I look* UP. ANAκλάζω, *I set* UP *a cry.* ANAφυσαω, *sufflo.* Angl. *I blow* or *puff* UP; inde metaphoricè, *elatum reddo, superbire facio.* ANAδέχομαι, *sursum in me recipio;* inde *polliceor.* Angl. *I take* UPON *myself, I promise.* ANAθαῤῥύνω, *animum alicujus metu depulso, denuò excito.* ANAτίθημι, *sursum pono;* hinc ANAθήματα, *donaria, munera quæ in Dei templo suspenduntur;* Angl. *Consecrated gifts hung* UP in *a temple. Votiva tabula.* [Hor. Lib. I. Od. v.] ANέχω, *sursum teneo,* Angl. *I hold up;* in Med. ANέχομαι, *I hold myself* UP. Et quoniam qui seipsum sustinet, is pati, perferre, tolerare dicatur; idcirco ANέχομαι, vulgò redditur, *patior, perfero, tolero:* Sic, ψύχη καὶ θάλπη ANέχεσθαι, [Xen.] *frigora et calores perferre*[b]. Et quoniam, in quibusdam phrasibus, qui dicuntur *tollere,* ii hoc ipso facto quasi *subvertunt, perdunt,* vel ut Latini etiam loquuntur, *è medio tollunt;* idcirco ANA in compositione talem significationem nonnunquam induit: Sic, ANαίρεω *tollo, aufero, everto*[c]. Ὅσαι Ολιγαρχίαι ANήρηνται, [Xen.] *Quot Oligarchiae eversæ sunt.* ANαλόω vel ANαλίσκω, *consumo, perdo.*

---

[b] Sed revera ψύχη & θάλπη hic reguntur à κατὰ subintellecta; Sic, ἀνέχεσθαι, *se, vel animum suum, sustentare quod ad frigora et calores attinet.*

[c] In bonam quoque partem sumitur ἀναιρεῖν ut ἀναιρεῖσθαι παιδὰς, *filios suos educandos* [tollendos] *curare,* Angl. *to get one's children educated.* [brought up.]

Τάχυ τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία ΑΝηλώκει, [Id.] *brevi feras quæ in paradiso erant confecit.* Angl. *he soon destroyed all the game in the park.*

5. Porro; quum ANA, simplex posita, denotare videatur *itionem* ac *reditionem*, in compositione sæpè tantùm exprimit harum posteriorem, *reditionem* scil. inde *redintegrationem, recuperationem* vel *mutationem:* Sic, χωρέω; *eo, vado;* ΑΝΑχωρέω, *recedo.* βιόω, *vivo;* ΑΝΑβιώσκω, *revivisco.* ΑΝΑβλαστάνω, *repullulo.* ΑΝΑλαμβάνω, *recipio, recupero.* ΑΝΑμάχομαι, *iterum pugnando cladem acceptam sarcio.* ΑΝΑκομίζομαι, *è fuga me retraho, redeo.* ΑΝΑτίθεμαι, *revoco, retracto quod meum est, calculum meum alio loco pono, errorem meum corrigo.* [Vide Ernest. ad Xen. Mem. II. iv. 4.] πτύσσω, *plico, in rugas et sinus contraho;* ΑΝΑπτύσσω, *aperio, explico.* ΑΝΑπτυχθείσης δ' ὅτω τῆς φάλαγγος, [Xen.] *Hoc modo explicatâ phalange.*

6. Ex quibus omnibus vis τῆς ΑΝΑ facilè discerni potest in sequentibus, et aliis ejusmodi, locutionibus: ΑΝΑμνήσω σε, ὦ Πλέτων, [Lucian.] *in memoriam tibi revocabo, Pluto.* Angl. *I will put thee in mind, Pluto.* Εὖ πάσχων ΑΝέχεται, [Xen. Mem.] *beneficiis se affici patitur.* Οὐδεμίαν ἰσχὺν ἔχοντες ΑΝΑφανεῖμεθα, [Xen.] *Nullam vim nos habere apparebit,* Angl. *It will be clear that we have no strength.* Τῆς θησαῦρος τῶν πάλαι σοφῶν ἀνδρῶν—ΑΝελίττων, [Id. Mem.] *Unfolding the treasures of the ancient sages.* [Est scil. sermo de veterum libris, quæ volumina erant.]

7. ΑΝΑ, denotans *elevationem,* dativum interdum apud poëtas regere videtur: Sed in ejusmodi exemplis forsan vel ponitur absolutè; ut Εὗρον δ' εὐρύοπα Κρονίδην ΑΝΑ Γαργάρῳ ἄκρῳ Ἡμενον, —[Hom.] *Invenerunt autem late-sonantem Saturnium* SURSUM in *Gargaro summo sedentem.* Χρυσέῳ ΑΝΑ σκήπτρῳ [Id.] SURSUM *in aureo sceptro,* Angl. ALOFT *upon a golden sceptre:* Vel avulsa est a suo verbo per tmesin; ut,—κεφαλὴν—Πηξαι ΑΝΑ [i. e. ΑΝΑπῆξαι] σκολόπεσσι,—[Id.] *caput* SURSUM *infigere palo*[d]: Eodem scilicet modo quo dicitur, ΑΝ [pro ΑΝΑ] δ' ἄρα Τυδείδης ὦρτο, i. e. ΑΝῶρτο, *Tum autem Tydides surrexit.*

---

d Potest et—χρυσέῳ ΑΝΑ σκήπτρῳ construi eodem modo: ΑΝέχων ἐν χέρσι στέμματα ἑκηβόλε Απόλλωνος χρυσέῳ σκήπτρῳ, [Il. α, 15.] *holding* UP *in his hand the garland of the far-darting Apollo on* [or *with*] *a golden sceptre.*

8. Denique; ANA, cum accentu mutato, vel ἀν, interdum ponitur apud Homerum pro ΑΝΑστηθι, *surge:* Sic, Αλλ' ΑΝΑ μηδ' ἔτι κεῖσο [Id. σ, 178.] *Sed surge, nec amplius jacelo;* vel pro ΑΝέστη et ΑΝέστησαν· Sic, ΑΝ δ' Οδυσεὺς πολύμητις, *surrexit etiam Ulysses solers,* &c.[e]

IV.

QUATUOR regunt duos casus, Genitivum, scil. et Accusativum: viz. Διὰ, Κατὰ, Μετὰ, Ὑπὲρ.

1. Διὰ.

Διὰ, cum Genitivo, Lat. significat *Per*, penitus *Per;* Angl. THROUGH, *quite* THROUGH. Sic,

Πορευόμενοι ΔΙΑ ταύτης τῆς χώρας. Xen.	*Iter facientes* per *hanc regionem.*
Πέλεκυς εἶσιν ΔΙΑ δεῤῥὸς. Hom.	*Securis penetrat* per *lignum.*

Διὰ cum Accusativo, Lat. significat *Per*, i. e. *propter, ob:* Angl. THROUGH *the cause of:* THROUGH *means of: because of, on account of.* Sic,

ΔΙΑ τοῦτο.	Xen.	Propter *hoc,* Angl. Because *of this.*
ΔΙΑ πάντα ταῦτα.	Ibid.	Propter *omnia hæc.*
Οὐ ΔΙ' ἐμὲ.	Demosth.	*Non* per *me;* [non meâ culpâ.] Anglicè, *Not* through *me.*

OBSERVANDA.

I. 1. ΔΙΑ cum Genitivo, denotare videtur progressum PER, rectâ viâ PER, omnino PER; [Angl. *A going* THROUGH,

---

[e] Cavento tirones ne α privativum in compositione ante vocalem, ubi ν inseritur euphoniæ gratiâ, cum præpositione ΑΝΑ confundant: Exempli gratia, ἀναγώνιστος, *qui non certat.* ex α priv. et ἀγὼν, *certamen;* ἀναισχυντία, *impudentia,* ex α priv. et αἰσχύνω, *pudefacio,* quod ab αἶσχος, *dedecus;* ἀνάκεστος, *immedicabilis,* ex α priv. et ἀκέομαι, *medeor;* ἀνελευθερία, *illiberalitas,* ex α priv. et ἐλευθερία, *libertas,* &c.

straight THROUGH, *quite* THROUGH, Gall. *A travers ;*] Idque 1mo, *Per* locum : Sic, Ἐξελαύνει ΔΙΑ τῆς Βαβυλωνίας. [Xen.] *Progreditur per Babyloniam.* 2do, *Per* medium quodvis : Sic, ΔΙ' ὤμου χάλκεον ἔγχος ἦλθον, [Hom.] *Per humerum ærea hasta transiit.* Αἴγλη ΔΙ' αἰθέρος—ἵκε, [Id.] *Splendor per aërem ivit.* 3tio, *Per* spatium interjectum, vel loci, vel temporis : Sic, ΔΙΑ πολλοῦ, [Sup. διαστήματος.] *Per magnum spatium*, i. e. *magno spatio interjecto.* Ἐκ τῶν πύργων ὄντων ΔΙ' ὀλίγου, *Ex turribus quæ erant per parvum loci spatium*, i. e. *quæ parvo intervallo distabant.* Ὀφθεὶς ΔΙΑ μακροῦ, [Sup. χρόνου.] *Visus per longum tempus*, i. e. *longo intervallo temporis.* Ἥκω ΔΙΑ χρόνου. [Xen.] *Venio per tempus*, i. e. *intervallo temporis interjecto.*

2. ΔΙΑ regens Gen. idem quod Ἀνὰ interdum significare videtur : Sic, Ἐγὼ ΔΙΑ νηὸς ἴων. [Odyss. μ. 206.] *Ego per navem* [*et in navi*] *obambulans*[f]. Sed hoc sæpius fit, quando ΔΙΑ regit Accusativum ; ut postea videbitur.

3. ΔΙΑ cum Genitivo aliquando adverbialiter sumitur : Sic, ΔΙΑ ταχέων, *citò ;* ΔΙΑ βραχέων, *breviter ;* ΔΙΑ βραχυτάτων, *brevissimè ;* Οἱ ΔΙΑ πλείστου, scil. ΔΙΑστήματος, *remotissimi*, &c.

4. Cum quibusdam verbis, idem denotare videtur ac verba nominibus cognata. Sic, ΔΙ' ἔλπιδος ἔχω, idem quod ἐλπίζω, *spero ;* ΔΙΑ θαύματος ἔχω, (θαυμάζω,) *miror.* ΔΙΑ φόβου γὰρ ἔρχομαι. [Eurip.] *metuo enim.* μήτε ἐμὲ ΔΙ' ὀργῆς ἔχετε. [Thucyd.] *neque mihi succenseatis.* Hæ locutiones ad Atticam dialectum maximè referendæ sunt.

II. 1. ΔΙΑ cum Accusativo plerumque denotat *vim agentis* per quem aliquid efficitur, vel *causam* alicujus rei. Sic, καὶ μὲν ΔΙΑ τοὺς χρηστούς γε τιμᾶται μόνους. [Aristoph. Plut.] *Atqui* per *justos honoratur solos.* ΔΙΑ κρατερὰς ὑσμίνας. [Hom.] per *acres pugnas.* Angl. Through means *of fierce battles.*

2. ΔΙΑ aliquando sumitur ad denotandum *beneficium* alicujus rei : Sic, Μήπως καὶ ΔΙΑ νύκτα Ἀχαιοὶ φεύγειν ὁρμήσωνται.

---

[f] Vide suprà, p. 47, 48.

[Hom.] *Ne forte etiam noctis* beneficio *Achivi fugere aggrediantur.*

3. Cum Accusativo nonnunquam eandem significationem quam Ἀνὰ induit: Sic, Ὡς ἴδον Ἥφαιστον ΔΙΑ δώματα ποιπνύοντα. [Hom.] *Ut viderunt Vulcanum* per *ædes properantem.* Aliquando etiam, maximè apud Homerum, passimque ceteros Poëtas, ΔΙΑ regens Accusativum idem significare videtur ac cum Genitivo. scil. *penitus per.* Sic, Ἐξ δὲ ΔΙΑ πτύχας ἦλθε δαΐζων χαλκὸς ἀτειρής. [Hom.] *Sex autem* per *plicaturas penetravit dissecans hasta indomita.* [Vide etiam Il. κ'. 1. et Eurip. Iph. in Taur. 358.

4. ΔΙΑ sæpe supprimitur ante interrogativum τίς, *quis*, &c. Sic, Τέκνον, τί κλαίεις; [Hom.] *Fili, quid fles?*

5. ΔΙΑ interdum regit Genitivum, sæpe Accusativum articuli cum Infinitivo verbi. Sic, ΔΙΑ δὲ τοῦ πείθειν ἀκινδύνως τε και μετὰ φιλίας ταῦτα γίγνεται. [Xen.] Per *suasionem hæc et sine periculo et cum amicitia fiunt.* συντομοτάτην ὅδον ᾤετο εἶναι διὰ τοῦ ἐπιορκεῖν τε, καὶ ψεύδεσθαι καὶ ἐξαπατᾶν. [Xen. Anab.] Ἡδε νὺξ, ΔΙΑ τὸ σκοτεινὴ εἶναι. [Xen.] *Nox atque*, propterea quod *tenebrosa erat.* [Angl. *And the night*, because of *it's being dark.*] ΔΙΑ τὸ μὴ σοφοὶ εἶναι. [Plato.] Propterea quod *non sunt sapientes.* ΔΙΑ τὸ ταῖς ξυμφοραῖς μὴ εἴκειν. [Thucyd.] Quia *rebus adversis non cedit.*

6. In compositione vis ejus ferè eadem est ac simplex posita. Sic, ΔΙΑγειν, *perducere.* ΔΙορύττειν, *perfodere.* ΔΙΑπράττειν, *perficere.* ΔΙακρίνειν, *lites dirimere.* ΔΙΑλογίζεσθαι, *computationem finire.* ΔΙΑτελεῖν *semper manere*, vel *ad finem perstare.* ΔΙΑδιδόναι, *distribuere.* Angl. *To distribute* through *or* among. ΔΙεξιέναι, *accuratè exponere.* Angl. *To go* through *the whole account.* ΔΙΑκωλύειν, *obnixe prohibere*, i. e. per *omnes modos prohibere*, &c.

2. Κατὰ.

Κατὰ cum Genitivo, Lat. plerumque significat *De*, (scil. *de loco*,) Angl. Down. *Contra* etiam, vel *adversus*, Angl. Against. Sic,

Βῆ δὲ ΚΑΤ' Οὐλύμποιο καρήνων. Hom.	*Descenditque* de *cœli verticibus.*
Ἡ μὲν γὰρ γραφὴ ΚΑΤ' αὐτοῦ. Xen.	*Accusatio enim* contra *illum.*

Κατὰ cum Accusativo, Lat. plerumque significat *Per*, (scil. *per spatium.*) *secundum*, Angl. ALONG or DOWN: ACCORDING TO. Sic,

ΚΑΤΑ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν. Hom.	Per *exercitum latum Achivorum.*
ΚΑΤΑ γε τὸν σὸν λόγον. Xen.	Secundum *tuam sententiam.*

OBSERVANDA.

ΚΑΤΑ primitus significasse videtur Lat. *via*, *iter*. et aliquid commune cum Suiogothica *gata*, Angl. *a road*, *a gate*, habuisse.* Hinc denotat *viam cujusvis respectu alterius*, eamque variis modis, secundum alterius positionem.

I. 1. Cum Genitivo plerumque denotat *oppositionem*, vel *aliquid tendens adversus.* [Angl. Opposition, or *something going* against.] Quæ tamen significatio haud ex præpositione omnino pendere videtur, sed a verbo potius vel ex sententia est colligenda. Sic, Λόγος ΚΑΤ' Αἰσχίνου. [Oratio *contra* Æschinem.] Angl. *The speech* tending at *Æschines;* et quia facta est ab *adversario*, hinc significat AGAINST. Frequens autem ejus significatio est, Angl. *Down.* Sic, Ἐλείβετο δὲ αὐτῇ τὰ δάκρυα ΚΑΤΑ τῶν παρειῶν. [Xen.] Angl. *The tears trickled* down *her cheeks.* κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας. [Hom.] *Fixing his eyes* down *on the ground.*

2. ΚΑΤΑ sæpe *relationem* inter exprimit. Etenim cum quodvis *ad* alterum vel alterum *versus* tendit, hinc aliquid relationis inter utrumque oriri solet: Sic, Πολὺς ἔπαινος ἦν ΚΑΤΑ τῆς ἡμετέρας πόλεως, [Æschin.] *Magna laus erat* erga *nostram civitatem.* Angl. *There was great praise* respecting *our state.* Ταῦτα μὲν δὴ ΚΑΤΑ πάντων Περσῶν ἔχομεν λέγειν,

* Vide Greek Exercises, p. 235.

[Xen.] *Hæc vero* de *omnibus Persis dicere habemus.* [Angl. *These things we have to say* concerning *all the Persians.*]

3. ΚΑΤΑ in formulis jurandi sæpe Lat. significat *Per*, [Angl. By.] ut ὀμόσαι ΚΑΘ' ἱερῶν, Aristoph. Per *sacra jurare.*

II. 1. Cum Accusativo plerumque denotat: 1. *Descensum.* Sic, ΚΑΤΑ κλίμακας ΚΑΤέβαινον, [Xen.] Per *scalas descendebant;* Angl. *They went down by ladders.*

2. *Motum alicujus* per *spatium directum* ad; sic, βῆ δ' ἴεναι ΚΑΤΑ νῆας, [Hom.] Angl. *He proceeded to go* to *the ships*, i. e. in the way *to* the ships. Ἄγειν τὸ στράτευμα ΚΑΤΑ μέσον τὸ τῶν πολεμίων, [Xen.] *ducere exercitum* per viam *ad medium hostium.*

3. Metaphoricè, secundum *morem* vel *sententiam alicujus;* sic, ΚΑΤΑ τὸν Αἰσχυλον, [Aristoph.] Secundum *Æschylum.* ΚΑΘ' Ἡρακλέα τὸ σχῆμα καὶ τὸ λῆμ' ἔχων, [Aristoph.] Herculis formam et animum habens. Angl. *Having the form and the temper* pertaining to Hercules.

4. ΚΑΤΑ cum Accusativo nonnunquam etiam ad tempus respicit:[a] Sic, ΚΑΤΑ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, [Thucyd.] per *eadem tempora.* ἀσέλληνον ΚΑΤΑ νῦκτα πεπλάνημαι, [Anacr.] Angl. *I have been wandering* during *the moonless night.*

5. ΚΑΤΑ nunquam ritè Dativum regit: a verbo tantum divellitur, ut in sequenti; ΚΑΤΑ συφεοῖσιν ἔέργνυ, [Hom.] pro συφεοῖσιν κατέεργνυ.

6. ΚΑΤΑ cum Accus. sæpe supprimitur per ellipsin: Ut, νεφέλῃ εἰλυμένος (ΚΑΤ') ὤμους, [Hom.] *nebulâ involutus humeros.* Οὐ πεπαίδευνται (ΚΑΤΑ) τὸν αὐτὸν τρόπον, [Xen.] *non instructi sunt eodem modo.* Τὴν δὲ σοφίαν (scil. ΚΑΤΑ) ποῦ χωροῦ τάξομεν; [Plato.] Angl. With respect to *wisdom, where shall we rank it?* Ἴσους (ΚΑΤ') ἀριθμὸν, [Eurip.] *æquales* (secundum) *numerum.*

---

[a] Licet hanc differentiam inter ἀνὰ et κατὰ, quum utraque tempus respiciat, observare: Nempè ἀνὰ, secundum ejus primariam significationem, denotare videtur *quodvis temporis intervallum, retro computatum,* vel quasi diceres Anglicè, *Up the stream of time.* κατὰ, *progressum temporis,* quasi per descensum; Anglicè, *Down the stream of time.*

7. ΚΑΤΑ in quibusdam phrasibus communiter cum aliis præpositionibus usurpatur. Sic, ΚΑΤΑ κράτος et ἀνὰ κράτος per *vim*. ΚΑΘ' ἑαυτὸν, ἐφ' ἑαυτὸν et πρὸς ἑαυτὸν, per *se solum*.

8. In phrasibus hujusmodi vis ejus ex primaria significatione intelligi potest. Sic, ΚΑΤΑ μικρὸν, scil. μέρον, *gradatim*. ΚΑΘ' ἓν ἕκαστον, *singulatim*. ΚΑΤΑ μέρος, *vicissim*. ΚΑΤΑ τρόπον, *ritu*. ΚΑΤΑ τάχος, *celeriter*. ΚΑΘ' ἡμέραν, *de die in diem*. ΚΑΤ' ἐμὲ, *mea ætate*. Τὸ ΚΑΤ' ἐμὲ, *quod* ad *me attinet*. Οἱ ΚΑΤΑ γένος, *consanguinei*, &c.

9. In compositione cum verbo, motum denotante, sæpius significat, Angl. DOWN; ut, ΚΑΤΑβαίνειν, *descendere*. ΚΑΤΑσπᾶν, *detrahere*. ΚΑΘελκύειν νῆας, *naves deducere*. Quum verbum quîcum componitur regat Genitivum ferè CONTRA significat; ut ΚΑΤΑγελᾶν τινὸς, *deridere aliquem*. scil. γελᾶν κατὰ τινὸς. ΚΑΤΑφρονεῖν τινὸς, *despicere aliquem*.

Sæpe etiam auget significationem simplicis vocis; ut Μανθάνω, *disco*. ΚΑΤΑμανθάνω, penitus *disco*. ΚΑΤΑφοβος, *plenus timoris*, &c.

Μετὰ.

Μετὰ, cum Genitivo, Lat. significat *Cum*, Angl. WITH. Sic,

Κοσμιότης οἰκεῖ ΜΕΤ' ἐμοῦ. Aristoph.	*Modestia* mecum *habitat*.
Ὅτ' ἦν ΜΕΘ' ἡμῶν. Eurip.	*Cum* nobiscum *erat*.

Μετὰ, cum Accusativo, Lat. significat *Post*; Angl. AFTER. Sic,

ΜΕΤ' αὐτοὺς ἦλθε. Hom.	Post *eos profectus est*.
Σμικρόν τι ΜΕΤΑ μεσημβρίαν. Aristoph.	*Paulo* post *meridiem*.

OBSERVANDA.

I. ΜΕΤΑ, cum Genitivo, plerumque denotare videtur *communi-*

tatem vel *societatem inter*, vel *aliquem esse* participem cum *aliquo.* Hinc generaliter accipi potest, Lat. *Cum.* Angl. WITH. Sic, ΜΕΤΑ βοιωτῶν ἐμάχοντο, [Hom.] Cum *Bœotis pugnabant.* Angl. *They fought* with *the Bœotians*, i. e. *The Bœotians shared* with *them in the fight.* 2. Nonnunquam *instrumentum* quo aliquid factum est denotare videtur, sic ΜΕΤΑ βαρβίτων ἀείδων, [Anacr.] cum *lyra cantans ;* i. e. *uniting the sound of the voice with the music of the lyre.* Nam hîc revera, instrumentum pro sonitu ex eo edito, vocem Poetæ comitante, ponitur. 3. In nonnullis phrasibus nihil differt a præpositione σὺν. Nam æque dici potest ΜΕΤΑ θεῶν et σὺν θεοῖς, *cum Diis.* ΜΕΤΑ τινος εἶναι et σύν τινι εἶναι, *stare a partibus alicui.* Angl. *To be* with *any one.*

2. ΜΕΤΑ, cum Accusativo, sæpe denotare videtur *aliquid prosequens*, ita ut junctio cum aliquo efficiatur ; [Angl. *Something following* after *in such a manner that a junction with* something else *may be effected.*] Nam cum aliquis dicitur *ire post*, in animo habet junctionem efficere. Unde frequenter denotat *motum* post *vel* ad. sic, ΜΕΤ' ἐμ' ἤλυθες ; [Hom.] post *me* vel ad *me venisti?* Ἡμεῖς ἥκομεν νεκροὺς ΜΕΤΑ. [Eurip.] *nos venimus cadaverum* causâ. Angl. *We are come* after *the dead bodies*, i. e. The dead bodies, the objects *after* which we are come. Ζεὺς γὰρ ΜΕΤ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας χθιζὸς ἔβη. [Hom.] *Jupiter enim* ad *inculpatos Æthiopas hesternus abiit.* Hîc, ad verè intelligendam præpositionis vim, ante oculos Æthiopas quasi ultimam viæ partem occupantes et Jovem *post* eos progredientem proponendum est. 3. Nonnunquam sensum comparationis induit ; sic, ΜΕΤ' ἐμὲ δεύτερος, [Xen.] post *me secundus.* Ὃν φιλῶ μάλιστα ΜΕΤΑ σε, [Aristoph.] *quem diligo maximè* post *te*, i. e. I place you *first* in my love. I place him *after* you.

3. ΜΕΤΑ interdum ad tempus respicit ; sic, ΜΕΤΑ τρεῖς ἡμέρας, post *tres dies.* ΜΕΤΑ τοῦτον (scil. χρόνον,) post *hoc tempus.*

4. ΜΕΤΑ nonnunquam regit Dativum, sed id tantum apud Poëtas. Cum hoc casu ferè semper *Inter* significat ; Angl. AMONG ; sic, ΜΕΤΑ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν, [Hom.] Inter *ter-*

tios autem regnabat. Ἔχε δὲ στεροπὴν ΜΕΤΑ χερσίν, [Hom.] *tenebatque fulgur* in *manibus;* Angl. *He held the lightning* between *his hands.*

5. In phrasibus hujusmodi vis ejus facilè discerni potest. Sic, Οἱ ΜΕΤ' ἐμοῦ, *mei.* Οἱ ΜΕΘ' αὐτοῦ, *sui.* ΜΕΤΑ δικαιοσύνης, *justè.* ΜΕΤ' ἀνάγκης, *necessariò.* ΜΕΤΑ καιροῦ, *opportunè,* &c.

6. In compositione significat et CUM et POST. Sic, 1. ΜΕΤέχειν, *esse participem.* ΜΕΤΑλαμβάνειν τῶν κινδύνων, *periculorum fieri participem.* 2. ΜΕΤΑπέμπεσθαι, *mittere* post, i. e. *arcessere.* Σοφίαν μετίεναι, ad *sapientiam accedere,* 3. Nonnunquam *mutationem* loci vel rei denotat; sic, ΜΕΤΑκαθοπλίζειν, *aliter armare.* ΜΕΤΑστρατοπεδεύεσθαι, *castra, prius in uno loco posita,* postea *transferre; castra mutare.* ΜΕΤΑνοία, post *consilium captum, id mutare:* i. e. *mutatio consilii.* ΜΕΤΑγινώσκειν, de *re deliberare* postea *quam facta est,* i. e. *pœnitere.*

Ὑπὲρ.

Ὑπὲρ cum Genitivo, Lat. significat *Super* ve *Supra*; Angl. OVER or ABOVE: Sic,

Στῆ δ' ἀρ' ὑπερ κεφαλῆς. Hom.	*Stetit autem* supra *caput.*
Στῆθος βεβλήκει ὑπερ ἄντυγος. Id.	*Pectus percussit* super *scuti orbem.*

Ὑπὲρ cum Accusativo, Lat. significat *Ultra, trans;* Angl. BEYOND. Sic,

Ἐλθὼν δ' ὑπερ τ' Ἀσωπὸν. Eurip.	*Profectus igitur* trans *Æsopum.*
Ὑπερ οὐδὸν ἐβήσατο δώματος εἴσω. Hom.	Super *limen ingressus est domum.*

OBSERVANDA.

I. ὑπερ cum Genitivo primitus indicabat *aliquid superiùs positum:* [Angl. *One thing placed* higher *than another.*] Unde

sumebatur ad significandum *super* vel *supra ;* [Angl.] OVER or ABOVE ; quæ est ejus primaria significatio ; Sic, Ἦλθ' ὕπερ ἄκρας τύμβου κορυφᾶς φάντασμ' Ἀχιλέως. [Eurip.] Angl. *The shade of Achilles came* (*hovering*) above *the extreme top of the tomb.* Verum, qui locum superiorem occupat, ei in promptu est aliquod *infra* eum positum defendere vel illi patrocinari ; Idcirco plerumque usurpatur ad id significandum quod est Latinè *pro* vel *causâ alicujus ;* sic, ὑπὲρ τῆς χώρας μάχεσθαι, [Xen.] pro *regione dimicare.* ὑπὲρ Ἑλλάδος θανεῖν, [Eurip. pro *Græcia mori.* ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν λέγειν, [Demosth.] pro *inimicis dicere.* Δύσφρονος ἔριδος ὑπέρ, [Eurip.] *causa acerbæ discordiæ.* Sæpe primigenia ejus significatione posthabita, altera ex ea ducta sola respiciebatur, sic, ὑπὲρ ἐμοῦ μάνθανε, [Aristoph.] pro *me disce.*

II. 1. ὑπέρ, cum Accusativo, plerumque denotat motum alicujus *super* vel *trans ;* Angl. Motion *over* or *beyond.* Sic, ὑπὲρ δύναμιν, [Demosth.] ultra *potestatem.* Angl. Above *my power.* Verum ut primaria ejus significatio revocetur, intelligi debet *superior* quam potestas attingere potest. Εἰ μὴ ὑπὲρ ἥμισυ αὐτῶν ἔσονται οἱ ἡττήθεντες, [Xen.] *nisi ex iis* plus *dimidia pars victa fuerit ;* Angl. *Unless the vanquished shall be* above *the half of them.* Nam quum primo res numerari cæptæ essent, verisimile est in altitudinem, aliam super aliam interdum exstrui ; Itaque quum comparatio inter diversas res institueretur, quæ superabant vel altius erigebantur, eæ majores habebantur ; ὑπὲρ ἅπαντα δὲ ταῦτα, [Dionys. Halicar.] *supra hæc omnia.* Cum hâc significatione idem ferè valet quod prep. πρὸς cum Dativo.

2. ὑπέρ sæpe regit Genitivum articuli cum Infinitivo ; Sic, ὑπὲρ τοῦ ταῦτα λαβεῖν, [Demosth.] causâ *hæc recipiendi.*

3. In compositione ὑπέρ plerumque significat *trans* vel *ultra.* Sic, Τὰ ὑπερόρια, *loca* trans *fines Atticæ,* ὑπερορᾶν, *contemnere ;* Angl. *to overlook.* Νόμον ὑπερβαίνειν, *legem transgredi.* ὑπερφοβεῖσθαι, *in summo esse metu.* To fear *beyond* usual fear. ὑπερχαίρειν, *magnopere lætari.* Angl. *to be overjoyed,* &c.

V.

Sex regunt tres casus, Genitivum, Dativum et Accusativum: viz. Αμφὶ, Περὶ, Ἐπὶ, Πρὸς, Παρὰ, Ὑπὸ.

1. Ἀμφὶ.

Ἀμφὶ cum Genitivo, Lat. significat *Circum, De;* Angl. About, concerning. Sic,

ΑΜΦΙ πόλιος οἰκέουσι. Herod.	Circum *urbem habitant.*
ΑΜΦΙ ἄστρων γραφὴ. Lucian.	De *astris dissertatio.*

Αμφὶ cum Dativo, Lat. significat etiam *Circa* vel *Circum, De;* Angl. About, *close* about, concerning. Sic,

Τινάσσων ΑΜΦΙ κρατὶ σῷ. Aristoph.	*Quatiens* circa *caput tuum.*
ΑΜΦΙ δ' ἀρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος. Hom.	Circum *humeros gladii cingulum circumjiciebat.*
ΑΜΦΙ δὲ τῷ θανάτῳ αὐτῆς. Herod.	De *ejus morte.*

Ἀμφὶ cum Accusativo, Lat. significat, *Circa* et *Circiter;* Angl. About, *near* about. Sic,

Συλλέγεσθαι δε τὸ στράτευμα ΑΜΦΙ τὸν Πακτωλὸν ποταμὸν. Xen.	*Exercitum* circa *flumen Pactolum colligi.*
ΑΜΦΙ τετταράκοντα ἔτη.	Circiter *quadraginta annos.*

OBSERVANDA.

ΑΜΦΙ derivari videtur a verbo ἀμάω vel ἀμῶ, *colligo, amplector;* [Angl. *I collect together, I embrace* or *grasp.*] unde

Latinum verbum *amo,* quod primitus significabat, Angl. *I embrace :* Verisimillimum est ΑΜΦΙ fuisse Dativum singularem antiqui verbalis substantivi, (unde etiam Ἀμφις utrinque) significantis Angl. *embracing* or *grasping on* both *sides.* Sic, ΑΜΦΙβρότην ἄσπιδα, [Hom.] *Scutum hominem* utrinque *opperiens.* Angl. *a shield embracing,* i. e. *protecting the man on* both *sides.* ΑΜΦΙδέξιος, *ambidexter.* Hæc primigenia significatio postea latius extendebatur; Nam cum aliquis *manibus* quodlibet *amplectitur,* id *totum complecti* videatur. Hinc ΑΜΦΙ sæpe usurpatur ad denotandum, Lat. *complecti circum.*

I. 1. ΑΜΦΙ cum Genitivo plerumque denotare videtur *amplexum circum,* causâ sæpe *tuendi* vel *obtinendi.* Nam qui *circum* aliquid sistit se, verisimile est eum id tueri vel obtinere contra vim alienam velle. Sic, ΑΜΦΙ πίδακος μάχονται, [Hom.] De *fonte pugnant.* Angl. *They fight* about or for *the fountain.* οἴκτισαι ΑΜΦΙ τεκνῶν μ' ἵκετιν, [Eurip.] Angl. *Pity me a suppliant* about *my children.* 2. Metaphoricè etiam usurpatur ad denotandum ea quæ habent se *circa,* quæ respiciunt ad. Sic, Τοιάδ' ΑΜΦΙ σῆς λέγω παιδὸς, [Eurip.] *talia dicerè habeo* de *filia tua.* Angl. *Such is my report* about or concerning *your daughter.*

II. ΑΜΦΙ cum Dativo sæpe *amplexum arctiorem* quam cum Genitivo notat. Sic, Αὐτὰρ ὁγ' ΑΜΦ' ὤμοισιν ἐδύσκετο τεύχεα καλὰ, [Hom.] *At* circa *humeros induit arma pulchra.* ΑΜΦΙ κασιγνήτῳ βεβαώς, [Id.] *Fratrem suum* circumeundo *protegens.* Ἤριπε δ' ΑΜΦ' αὐτῷ, [Id.] Angl, *He fell* close about *him.*

III. 1. ΑΜΦΙ cum Accusativo significat motum alicujus *circa :* Angl. The motion of some object *about.* Sic, Καϋστρίου ΑΜΦΙ ῥέεθρα ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται, [Hom.] *Caystri* circa *fluenta huc et illuc volitant.* Λαβὼν τοὺς ΑΜΦ' αὐτὸν ὑπηρέτας, [Xen.] *habens qui* circa *eum erant ministros.*

2. ΑΜΦΙ interdum ad tempus respicit. Sic, Ἐσώζοντο ΑΜΦΙ δείλην, [Xen.] *Salvi redierunt* circa *vesperam.* Ad numeros etiam; sic, Γεγενημένοι ΑΜΦΙ τοὺς δισχιλίους, [Xen.] *qui erant* circiter *duo millia.* Angl. *Who were* about *two thousand.*

3. In phrasibus ejusmodi, quibus nomina eorum qui præstent tantum interponuntur, ΑΜΦΙ et περὶ communiter usurpantur, sed sæpius ΑΜΦΙ. Sic, Οἱ ΑΜΦΙ τὸν Κῦρον, [Xen.] *Cyrus cum suis*, vel *copiæ Cyri*. Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Γωβρύαν, [Id.] *Copiæ Gobryæ*.

4. Eandem hujus præpositionis vim in compositis cernere est; sic, ΑΜΦΙβάλλειν, *circumdare*. ΑΜΦΙέσαι χιτῶνα, *tunicam induere*. ΑΜΦότερος, *ambo, utrumque complectens*. ΑΜΦΙσβητέω, *contendo* de *aliqua re, ambigo*. Φίλον πόσιν ΑΜΦΙπεσοῦσα, [Hom.] *carum maritum amplectens*.

2. Περὶ.

I. Περὶ cum Genitivo plerumque significat Lat. *De* et *Pro*. Angl. ABOUT, or FOR. Sic,

Ὡς οἱ μὲν ΠΕΡΙ νηὸς μάχοντο. Hom.	*Sic hi quidem* de *navi pugnabant*.
ΠΕΡΙ πατρίδος ἔσται ὁ ἀγών. Thucyd.	Pro *patria certamen erit*.

II. Περὶ cum Dativo significat Lat. *Circum, De*. Angl. ABOUT, CONCERNING. Sic,

Εἱστήκει, ὥς τίς τε λέων ΠΕΡΙ οἶσι τέκεσσιν. Hom.	*Constitit tanquam Leo* circum *suos natos*.
Ἔδδεισεν δὲ ΠΕΡΙ ξανθῷ Μενελάῳ. Id.	*Timuit* de *flavo Menelao*.

III. Περὶ cum Accusativo plerumque denotat Lat. *Circa* vel *Circum*. Angl. ABOUT. Sic,

Περιέστησε μὲν πᾶν τὸ στράτευμα ΠΕΡΙ τὴν πόλιν. Xen.	*Exercitum omnem* circum *urbem constituit*.
Μαρνάμενοι ΠΕΡΙ ἄστυ. Hom.	*Pugnantes* circa *urbem*.

OBSERVANDA.

Primigenia hujus præpositionis significatio est *ambitus circum ;* Angl. *A circuit* around. Sed usurpatur variè cùm ad locum respiciat vel metaphoricè sumatur. Veluti cùm dicimus, ΠΕΡΙ πατρίδος μάχεσθαι, pro *patria pugnare :* Intelligere est aliquem quasi patriam armis *circumeuntem*, et ita eam defendentem. Sic ferè idem significat ac præpositio πρὸ, cùm res ad defensionem pertinet. In sequenti idem est factum quod in superiore, sed finalis causa ad aliam rem respicit; Sic, Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυράννιδος ΠΕΡΙ κάλλιστον ἀδικεῖν, [Eurip.] *Nam si violandum est jus, regnandi gratia violandum est.* In priore locutione, aliquis dici potest *circumire* ut defendat; in posteriore, ut obtineat. Cum metaphoricè usurpatur, in animo habendum est primigeniam ejus significationem, nempè *ambitus circum aliquid :* quæ scilicet significatio, ad res etiam mente effictas, sed quasi aliquid spatii occupantes, transferebatur. Sic, ΠΕΡΙ τῆς εἰρήνης ἐβουλεύεσθε, [Demosth.] *Ye were deliberating* about *the peace.*

II. Cum Dativo ferè semper denotat aliquid *arctius cingens,* ita ut junctionem habeat vel habere videatur cum re circumdata ; sic, Χιτῶνα ΠΕΡΙ στήθεσσι, [Hom.] *Loricam* circum *pectora.* Μάρναντο ΠΕΡΙ Σκαιῇσι πύλῃσι, [Id.] *pugnabant* ad *Scæas portas.* Angl. *They fought* close about *the Scæan gates.*

III. Cum Accusativo denotat motum alicujus *circa,* vel aliquid ita positum ut alterum *circumdet.* Et ita ferè idem valet quod ἀμφὶ ; Sic, Καὶ αἱ θεράπαιναι πασαι (ἐκάθηντο) ΠΕΡΙ αὐτὴν. Συν-

---

[a] Optimi scriptores in quibusdam locutionibus ἀμφὶ et περὶ sine ullo discrimine usurpant. Nam prior denotat *utrinque circum*, posterior *undique circum.* Quæ significationes facile ad unam verti possent : Sic,

Ἂν περὶ παιδὸς ἐμοῦ, τοῦ σωζομένου κατὰ Θρῄκην,
Ἀμφὶ Πολυξείνης τε φίλης θυγατρὸς, δι' ὀνείρων
Εἶδον φοβερὰν ὄψιν.

Eurip. Hecub. 73.

ωίστησαν μεν αὐτῇ πᾶσαι αἱ ἀμφ' αὐτὴν, [Xen.] Σπουδάζοντα ΠΕΡΙ τὰ δρεπανήφορα ἅρματα, [Id.] Angl. *Busily employed* about the *armed chariots.*

1. ΠΕΡΙ sæpe ad tempus respicit, et sic Lat. redditur *circiter* vel *sub.* Sic, Καὶ ἤδη τε ἦν ΠΕΡΙ πλήθουσαν ἄγοραν, [Xen.] *et jam erat* circiter *tempus quo forum frequentatur.* Αὐτοὶ δὲ ΠΕΡΙ ὄρθρον καταβάντες, [Thucyd.] *Ipsi vero* sub *auroram cum descendissent.*

2. Interdum etiam ad numeros; Sic, ΠΕΡΙ ἑβδομήκοντα, [Thucyd.] *circiter septuaginta.*

3. Cum verbis εἰμὶ et γίνομαι sæpe excellentiam vel præstantiam denotat. sic πολέμῳ περιγίνεσθαι, [Thucyd.] *superiores esse bello,* &c.

4. Cum verbis ποιεῖσθαι, τίθεσθαι, ἡγεῖσθαι, æstimationem alicujus rei indicat. sic, ΠΕΡΙ πολλοῦ ποιεῖσθαι vel τίθεσθαι, *magni facere.* ΠΕΡΙ πλείονος, *pluris.* ΠΕΡΙ πλείστου, *plurimi.* ΠΕΡΙ παντὸς, *maximi.* ΠΕΡΙ μικροῦ, *parvi.* ΠΕΡΙ ἐλάττονος, *minoris.* ΠΕΡΙ ἐλαχίστου, *minimi.* ΠΕΡΙ οὐδενὸς, *nihili,* &c. Cum omnibus his adjectivis nomen τίμημα vel χρῆμα subintelligitur.

5. In compositione fere semper significat *circum, undique circum.* Angl. ABOUT, *quite* AROUND. Sic, ΠΕΡΙβλέπειν, *circumspicere.* ΠΕΡΙστρατοπεδεύειν πόλιν, *urbem munimentis cingere.* ΠΕΡΙκόπτειν, *undique amputare.* ΠΕΡΙβλεπτος, *illustris,* cujus virtues longe lateque eminent. ΠΕΡΙουσία, *omnium rerum abundantia.* ΠΕΡΙΐδειν, *contemnere;* nam cujus oculi huc et illuc circumvolitant, neque rem antepositam intuentur, is eam negligere et contemnere dici potest. Idem significat ΠΕΡΙορᾶν. ΠΕΡΙκατεῤῥήξατο τε τὸν ἄνωθεν πέπλον, [Xen.] Angl. *She tore* quite round *her upper garment.*

3. Ἐπὶ.

Ἐπὶ, cum Genitivo, significat Lat. *In* vel *Super*. Angl. UPON. Sic,

ΕΠΙ θρόνου ἐκαθέζετο. Xen.	In *solio sedebat.*
Ὁ ἕτερος ΕΠΙ τοῦ ἑτέρου ἑστηκώς. Id.	*Alter* super *alterum stans.*

Ἐπὶ cum Dativo, plerumque significat Lat. *Omnino Super*, item *Penes*, &c. Angl. *Close* UPON, *depending* UPON, &c. Sic,

Ἐκειντο ΕΠ' αὐτῷ. Xen.	Super *eum jacebant.*
ΕΦ' ὑμῖν ἔστιν. Demosth.	Penes *vos est.*

Ἐπὶ cum Accusativo, plerumque significat Lat. *Motum ad, in* vel *super*. Angl. MOTION TO or UPON. Sic,

Ἀναπηδήσαντες ΕΠΙ τοὺς ἵππους. Xen.	*Conscensis equis.*
Ἴτε οὖν ΕΠΙ τὰ ὅπλα. Id.	*Ite igitur* ad *arma.*

OBSERVANDA.

Verisimile est prepositionem ΕΠΙ derivari a verbo ἕπω *tracto*, [Angl. *I handle*, vel potius ex primigenia significatione, *I put my hands upon.*] ΕΠΙ verbale, ab hoc ortum, denotare videtur, Angl. *An object touching upon.*

I. Cum Genitivo varias significationes induit, prout Latinè reddi solet; Scil. *In, super, penes, coram, de, ad,* &c. Sed hæ omnes facile ad unam redigi possint, si derivationem et usum primarium ritè perspiciamus, nempe, Angl. *Motion* or *rest upon;* Sic, Καταλιπόντα ΕΠΙ τῆς γῆς. [Plato.] *relinquentem* in *terra.* Ἵστατο ΕΠΙ τοῦ χείλους τῆς τάφρου. [Thucyd.] *Subsistebat* in *fossæ labro,* Angl. *stood* upon *the margin of the trench.*

—Sic etiam quum ad *tempus* referatur, nomen, tempus denotans, quasi aliquid *subjectum* illi alteri cum quo præpositio coarctatur, respiciendum est. Sic, Καὶ ταῦτα δὲ ΕΠΙ Κύρου γενόμενα. [Xen.] *Et his quidem*, Cyro regnante, *factis*. Angl. *These things happened* in *Cyrus's reign*. ΕΠΙ τῶν ἡμετέρων προγόνων. [Id.] *tempore majorum*. Angl. In *the time of our ancestors*. In sequenti similibusque locutionibus eadem solutione utendum est. Sic, τὰ ΕΠ' ἐμοῦ, *meæ res*. Quæ quasi super me veluti fundamentum restant.

Interdum ad denotandum ordine numerum distributivum. Sic, ΕΠΙ τεττάρων. [Xen.] Quaterni. Angl. *By fours*. 'ΕΦ' ἑνὸς ἄγειν τὴν τάξιν, [Id.] *Ordinem ducere per singulos*.

II. Cum Dativo, fere semper aliquem ita positum super, ut rei subjectæ jam manus injiciat; unde significationes paullo remotiores, *penes* et *propter*. Sic, Τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἔχουσα ΕΠΙ τοῖς γόνασι. [Xen.] *Ejus caput impositum genibus tenet*. ΕΠΙ δὲ ξένᾳ ναίεις χθονὶ, [Eurip.] Angl. *you live* in dependence upon *a foreign land*. 'ΕΦ' οἷσι δ' ἥκω. [Id.] propter *quæ venio*. Nisi quod hæc significatio *scil.* τῆς *propter*, potius ad eam referenda sit quam ΕΠΙ communiter cum μετὰ, regente accusativum, nonnunquam habet.[a] Nam cum aliquis a tergo alterum subsequitur spectanti speciem inhærentis præbet. Sic, Τίς πρῶτος; τίς δ' ΕΠΙ πρῶτῳ; [Eurip.] *quis primus? quis* post *primum?* ΕΠΙ μὲν τῷ σίτῳ ἀρχώμεθα πίνειν ὕδωρ. [Xen.] *jam* post *cibum incipiamus aquam bibere*. Μετὰ δὲ τὸν σῖτον ἐι οἶνον ΕΠΙπίνοιμεν. [Id.] post *cibum vero si vini potest accedat*. 'Ακοντιστὰς μὲν ΕΠΙ τοῖς θωρακοφόροις τάξω. [Xen.] *Jaculatores equidem* post *loricatos disponam*. Sæpe etiam, quod a tergo subsequitur, id procul spectantibus nonnunquam precedenti quasi additum videtur. Idcirco ΕΠΙ, cum Dativo, interdum significat, Lat. *Insuper*, *præter*, Angl. *In addition to, besides:* Sic, Παρέβαλεν ἀμβροσίαν τε, καὶ ΕΠ' αὐτῇ νέκταρ ἐπότιζε. [Plato.] *Præbuit ambrosiam et* præter *ipsam* insuper *nectar potandum*. Hinc Aristophanes habet, Καὶ πρὸς ΕΠΙ τούτοις, *ad hæc* insuper.

'ΕΠΙ cum Accusativo plerumque denotat Lat. *motum alicu-*

---

[a] 'Επὶ tamen, hoc sensu, aliquid *propius post* quam μετὰ vulgo denotat.

jus, In vel contra[b]. Angl. *The motion of one body* upon or against *another*. Sic, Τῆτον. scil. τὸν κεραυνὸν, γὰρ δὴ φανερῶς ὁ Ζευς ἵησ' ΕΠΙ τοὺς ἐπιόρκους. [Aristoph.] *Hoc ergo manifeste Jupiter* in *perjuros demittit*. Συσκευάζεται πάντας ἀνθρώπους ἐφ' ἡμας. [Demosth.] *Armat omnes homines* in *nos*. Ἐφ' ἁρπαγὴν τραπέσθαι. [Xen.] ad *prædam sese convertere*. Ἤλαυνεν ΕΠΙ τὸ πάθος. [Xen.] Angl. *He rode* up to *the scene*[c].—Nonnunquam ad causam finalem respicit et plerumque redditur Latine, *gratiâ* vel *causâ*: Sic, Τριήρη ἀπέστειλαν ἐς τὰς Ἀθήνας ΕΠΙ τε χρήματα καὶ ἱππέας. [Thucyd.] *Triremem Athenas miserunt pecuniarum et equitatus* gratiâ. Angl. *They sent a Trireme to Athens* upon the business *of money and cavalry*.

Ἐπὶ nonnunquam ad spatium et temporis durationem refertur: Sic, Πλάτος ἔχων πλεῖον ἢ ΕΠΙ δύο στάδια. [Xen.] Angl. *Having a breadth more than two stadia*. i. e. having a breadth more than would extend *upon* two stadia. Εδῄων τὴν γῆν ΕΠΙ δύο ἡμέρας. [Thucyd.] *vastârunt agrum* per *biduum*.

In nonnullis phrasibus ΕΠΙ et κατὰ promiscuè usurpantur, et redduntur per adverbium Latinorum: Sic, ΕΠΙ et κατ' ἐπιτομὴν, *summatim*. Ἐφ' ἑκάστην ἡμέραν, et καθ' ἑκάστην, *quotidie*. Ἐπ' ἀληθείας, *verè*. ΕΠΙ σχολῆς, *otiosè*. Ἐφ' ἑνὸς et εἰς ἕνα, *singulatim*, &c.

Ἐπὶ sæpe supprimitur ante suos casus; Sic, Ἰώμεν ναὸς, i. e. ΕΠΙ ναὸς. [Soph. Philoct.] *eamus* ad *navem*. Εἶτ' ἄρα Νείλυ προχοαῖς. [Aristoph.] *Sive* ad *Nili ostia*, &c.

In compositione sæpe significat; 1. *In*, *ad*, vel *contra*: Sic, ΕΠΙχώριος, *indigena*. ΕΠΙστέλλειν *mittere* ad. ΕΠΙτειχίζειν, *arces*

---

[b] Antiquiores Poetæ, Homerus scil. Hesiodus et Æschylus, frequenter ἐπὶ cum Dativo eodem fere sensu quo cum Accusativo utuntur; Sic, εἰ μὴ ἄρ υἱὸν ἧον Σαρπηδόνα μητίετα Ζεὺς ὤρσεν ἐπ' Αργείοισι. Il. 12. 292. *Nisi filium suum Sarpedona providus Jupiter excitâsset* in *Argivos*. Vide etiam Hesiodi Theog. 684.

[c] In animo tenendum est ἐπὶ cum Accusativo semper præ se ferre aliquid quasi superiore loco alterum invadens. Differt a præpositione ὑπὲρ, quæ aliquid altius exsurgens denotat; a prep. κατὰ quoque, quæ quodvis per declivem descendens; ab εἰς denique, quæ aliquid per obliquum tendens exprimit.

contra *exstruere.* ΕΠΙστρεφέσθαι *adiri.* 2. *Successionem.* ΕΠΙγινόμενοι, *qui succedunt, posteri,* ΕΠΙπλεῖν pone *navigare.* 3. *Additionem, insuper.* ΕΠΙσχύειν, *robur addere,* Ἐπωνυμία, *cognomen,* i. e. *accessio novi nominis.* ΕΠΙζήμιος, *qui damnum affert.* ΕΠΙθαλάσσιος, *maritimus, juxta mare,* &c.

4. Πρὸς.

Πρὸς cum Genitivo plerumque significat Lat. *A, ab.* Angl. FROM, BY. Sic,

ΠΡΟΣ ἡμῶν πείσεται κακά. Aristoph.	A *nobis mala patietur.*
ΠΡΟΣ ἀνδρος ἥσθετ' ἠδικημένη. Eurip.	*Sensit injuriam sibi factam* a *marito.*

Πρὸς cum Dativo significat Lat. *Prope, Juxta.* Angl. *Close* TO, NEAR. Sic,

Ἀσπίδες ΠΡΟΣ τοῖς ὤμοις οὖσαι. Xen.	*Clypei humeris adfixi.*
Βωμῷ ΠΡΟΣ θεοδμήτῳ πιτνεῖ. Eurip.	Prope *ad aram Deo ædificatam cadit.*

Πρὸς cum Accusativo significat Lat. *Ad, adversus.* Angl. To or TOWARDS, AGAINST. Sic,

Ἐχώρουν ΠΡΟΣ τὴν Συκῆν οἱ Αθηναῖοι. Thucyd.	Adversus *Sycam iverunt Athenienses.*
Τὰ ὅπλα ΠΡΟΣ ἡμᾶς κομίσατε. Xen.	Ad *nos arma deferte.*

OBSERVANDA.

ΠΡΟΣ fortasse componitur ex ΠΡΟ et ἐς vel ἐς, ex quo oritur πρόες, et per syncop. ΠΡΟΣ, denotans *aliquid missum* vel *positum pro.* Angl. *Something sent* or *placed before another object.* Unde facile sumitur ad significandum. 1. *Apud, jux-*

ta. Angl. AT, *near* AT: Sic, ΠΡΟΣ μὲν ἄλος Κᾶρες. [Hom.] *Cares* juxta *mare.* Angl. *The Carians* placed just before the sea, i. e. the Carians *at* the sea. Αἱ μὲν ΠΡΟΣ Βορέαο καταβαιτὰ ἀνθρώποισιν. [Id.] *Those placed* fronting the north are passable for men.

I. Cum Genitivo plerumque denotat aliquid primo *positum pro* altero, et inde velut ex origine proficiscens. [Angl. *Something first placed before* another object, *and thence proceeding as from its source :*] Sic, ΠΡΟΣ Διός εἰσὶν ἅπαντες. [Hom.] Omnes *a* Jove sunt. Angl. *All are* from before *Jove* as their source ; All are *from* Jove. 2. Nonnunquam redditur Lat. *Pro.* Angl. *For.* Nam ea quæ sita sunt *coram* aliquo, illi magis quam ullis aliis favere judicentur: Sic, Οὐκ ἐν στενοχωρίᾳ, ᾗ ΠΡΟΣ τῶν πολεμίων μαλλόν ἐστι. [Thucyd.] *Nec in angustiis, quæ* pro *hostibus magis facerent.* Angl. *which are more* for *the enemy*, i. e. *placed before* him so as to be for his advantage. ΠΡΟΣ ἀνδρός ἐστὶ. [Aristoph.] Est hominis. Angl. It becomes a man. i. e. It is from *before ;* in no *oblique* direction. 3. Denotat interdum generis et sanguinis affinitatem: Sic, Ἐλεύθερον ΠΡΟΣ πατρὸς καὶ μητρὸς. [Æschin.] ingenuum *a* patre et matre. Angl. Free *from* the father and mother. In phrasibus hujusmodi, κατὰ communiter cum ea usurpatur: Sic, ΠΡΟΣ τοῦ τρόπου εἶναι, et κατὰ τὸν τρόπον εἶναι. 1. The qualities of character as proceeding *from* such a disposition. 2. To be *according* to such a disposition: to keep the *line* of such a disposition. 4. ΠΡΟΣ sæpe usurpatur in obsecrationibus et obtestationibus: Sic, Μηδαμῶς, ἔφη, ΠΡΟΣ τῶν θεῶν, οὕτω ποιήσωμεν. [Xen.] *nequaquam* (ἱκετεύω σέ) per *Deos, sic faciamus.* Angl. *Let us not,* I entreat you, as if placed before *the gods* who witness your conduct: from reverence of the gods, *act thus :* Ὦ ΠΡΟΣ σὲ γονάτων (scil. ἄντομαι) Μηδαμῶς μ' ἐξεργάσῃ. [Eurip.] *I entreat you, falling down* before *your knees as a suppliant,* (*from regard* to my posture,) *do not destroy me.*

II. ΠΡΟΣ cum Dativo notare videtur aliquid tandem *positum coram* altero, ut cum eo communionem habeat. [Angl. *Something at length placed before another, so as to communicate*

with it : Sic, Ὡς δὲ ΠΡΟΣ τοῖς ὁρίοις ἐγένοντο. [Xen.] *Quum* ad *fines essent.* Angl. *When they were* close before *the frontiers.* Ἐπειδὰν δ' ἐγὼ ΠΡΟΣ τῷ στρατεύματι γένωμαι τῶν πολεμίων. [Id. *But when I shall be* just before *the army of the enemy.* Hinc cum Dativo ΠΡΟΣ sæpe significat *aliquid insuper, præterea.* Nam quod ponitur proxime ante aliud, id nonnunquam videri quasi alteri additum possit: Sic, ΠΡΟΣ δὲ γε τούτοις, [Aristoph.] *Præterea.* Angl. In addition *to these things,* moreover.

III. ΠΡΟΣ cum Accusativo signif. Lat. motum alicujus *versus,* vel faciem habentis *conversam ad:* Sic, Ὁρῶν ΠΡΟΣ τὰ Μέγαρα. [Thucyd.] *Megara* versus *spectans.* Ἐγὼ μὲν ΠΡΟΣ σὲ ἦλθον ἐπ' ἀργύριον. [Xen.] *Ego* ad *te veni pecuniæ causâ.* Σκοπεῖσθε δὴ ΠΡΟΣ ὑμᾶς αὐτούς. [Demosth.] Considerate quidem vobiscum. Angl. *Bring the consideration* forward *to yourselves.* Sæpe *comparationem inter* denotat; nam cum aliquid recte aliud versus producitur in promptu est comparationem inter utrumque instituere ; Sic, Οὐδὲ ΠΡΟΣ ἀργύριον τὴν εὐδαιμονίαν ἔκρινον. [Isocr.] *Neque secundum pecuniam felicitatem judicabant.* Angl. *They did not judge of happiness by bringing it* forward to *money to estimate its value.*

In phrasibus hujusmodi vis ejus ex iis jam traditis colligi potest: nempe; ΠΡΟΣ χάριν, *ad gratiam.* ΠΡΟΣ ὀργὴν, *iracundè.* ΠΡΟΣ φθόνον, *invidia.* ΠΡΟΣ βίαν, *vi.* ΠΡΟΣ καιρὸν, *tempestive, commodum,* &c.

In compositione sæpissime significat *motum ad* vel *versus :* Sic, ΠΡΟΣκαλεῖσθαι, *advocare.* Χωρίον ΠΡΟΣβατὸν, *Locus ad quem patet aditus.* ΠΡΟΣερωτᾶν, *insuper interrogare.* ΠΡΟΣκαθίζεσθαι, *assidere.* Οὐ γὰρ τὸ αὐτό ἐστὶ ΠΡΟΣάγειν τε καὶ παράγειν. [Xen.] *Non enim idem est* adducere et præterducere.

5. Παρὰ.

Παρὰ cum Génitivo vùlgò significat Lat. *A, ab.* Angl. FROM. Sic,

Ὅτε ΠΑΡ' ἡμῶν ἀπῄεις. Xen.	*Cum* a *nobis proficiscebaris*
ΠΑΡΑ τοῦ πατρὸς παρέλαβον. Plato.	A *patre acceperunt.*

Παρὰ cum Dativo significat Lat. *Apud.* Angl. AT, WITH. Sic,

Ασφαλὲς ἐστι λέγειν ΠΑΡ' ὑμῖν. Demosth.	*Haud periculosum est* apud *vos dicere.*
Δειπνεῖτε ΠΑΡ' ἡμῖν. Xen.	Apud *nos cœnate.*

Παρὰ cum Accusativo significat Lat. *Ad, Praeter, Juxta.* Angl. To, BEYOND, BESIDE. Sic,

Ἄλλα ἐλθὼν ΠΑΡΑ τὸν δικαστὴν. Plato.	*Sed perveniens* ad *judicem.*
ΠΑΡ' αὐτὴν τὴν Βαβυλῶνα δεῖ παρίεναι. Xen.	Præter *ipsam Babylonem transire oportet.*
ΠΑΡΑ τὸ μειράκιον ἐκαθέζετο. Plato.	Juxta *adolescentem sedem occupabat.*

OBSERVANDA.

Primigenia significatio prepositionis ΠΑΡΑ videtur fuisse *aliquid a latere proficiscens*, ut cum Genitivo; *Juxta latus adstans, vel positum*, ut cum Dativo; Ad *latus appropinquans*, nonnunquam etiam *prætergrediens*, ut cum Accusativo. [Angl. *One thing departing from the side of another, with the Genitive; standing or placed near the side, with the Dative; approaching or passing the side, with the Accusative:*] Sic, ΠΑΡΑ δὲ Ξενίᾳ καὶ Πασίωνος πλέιας ἢ δισχίλιοι, λαβόντες τὰ ὅπλα καὶ τὰ σκευοφόρα, ἐστρατοπεδεύσαντο ΠΑΡΑ Κλεάρχῳ. [Xen.] Angl. *And more than* 2000 from beside *Xenias and Pasion, having taken their arms and baggage, encamped* beside *Clearchus.* Οὐκοῦν ὅταν βάλησθε ΠΑΡ' ἐμὲ ἥκειν οἰκαδε, ΠΑΡ' ἐμοὶ Γοργίας καταλύει. [Plato.] Angl. *Whenever, therefore, you will come to my house* beside *me, for Gorgias lodges* with *me.* Βῆ ΠΑΡΑ θῖνα θαλάσσης. [Hom.] *Ibat* juxta *littus maris.* Angl. *He went* beside *the shore of the sea.* Ὥστε πάραδον μὴ εἶναι ΠΑΡΑ πυργόν. [Thucyd.] Angl. *So that there should be no* by-*way* beside *the turret.* Ἔχει παρὰ τὴν εἰρήνην. [Demosth.] *Retinet* contra *pacem.* Angl. *He retains* beside *the terms of the peace,* i. e. contrary *to the peace.* Οἱ μὲν πρὸς τὴν πόλιν ἔφυγον, οἱ δὲ ΠΑΡΑ τὸν ποταμόν. [Thucyd.] *Alii quidem ur-*

bem versus *fugerunt*, alii vero juxta fluvium. ΠΑΡέπλει τὴν Ἰταλίαν. [Id.] *Oram Italiæ legebat.*

In phrasibus ejusmodi vis ejus ex jam traditis facile cerni potest: Sic, πληγὴν ΠΑΡΑ πληγὴν ἑκατέρον, [Aristoph.] *Alternis plagas accipietis.* Angl. *Each a stroke* passing *a stroke. Each a stroke alternately.* Ὁ ΠΑΡ' ἡμέραν πυρετὸς. *Febris tertiana.* The fever *passing* one day, *recurring the next.* ΠΑΡΑ μῆνα, *altero quoque mense.* Passing *one month, recurring the next.* ΠΑΡΑ φύσιν, præter *naturam.* ΠΑΡ' ὥραν, *intempestivè.* ΠΑΡΑ πολύ, *longe, admodum, multo.* ΠΑΡΑ πολύ ἐστιν, *multum abest.* scil. Διάστημα, *It holds a wide distance* aside. ΠΑΡΑ τοσοῦτον [διάστημα] ἡ Μιτυλήνη ἦλθε κινδύνου. [Thucyd.] *Tantulum, vel tam prope Mitylene abfuit a periculo;* in phrasibus istiusmodi præpositio ἀπὸ ante genitivum nominis subintelligitur, et sic verti potest. Angl. By such a distance Mitylene came from danger. Utrum magnum an breve sit spatium ex sententia colligendum est. ΠΑΡ' ὀλιγὸν, *parum.* ΠΑΡΑ μικρὸν, ὀλιγὸν, βραχὺ καὶ φαῦλον ἄγειν, vel ἡγεῖσθαι, vel τίθεσθαι, vel ποιεῖσθαι, *parvi facere.* ΠΑΡΑ πολὺ, &c. *plurimi facere.* ΠΑΡΑ τοσοῦτον, *usque, adeo, tantulum.*

In compositione easdem significationes ut cum Accusativo cernere est. scil. Angl. *To beside, beyond the side,* or *to the farther side:* Sic, ΠΑΡΑλαμβάνειν, *assumere.* ΠΑΡΑκάλειν, *advocare.* ΠΑΡΑκαθῆσθαι, *assidere ad latus.* ΠΑΡΑστάτης, *miles qui juxta stat.* ΠΑΡΑβαίνειν, *transgredi.* ΠΑΡΑσπόνδειν, *fœdus violare.* ΠΑΡορᾶν, *negligere.* Angl. *to look* aside. ΠΑΡ ελληλυθὼς χρόνος, *tempus præteritum.* ΠΑΡΑχωρεῖν ὁδὸν, *a via discedere.* Angl. *to go* aside *from the path.*

6. Ὑπὸ.

Ὑπὸ cum Genitivo vulgo significat Lat. *Sub,* item *A,* vel *Ab.* Angl. UNDER, BY. Sic,

Αὐτὸν ΥΠ' ὦτος ἔγχεϊ νύξε. Hom.	*Eum* sub *aurem hasta vulnera-ravit.*
Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος μὲν τέθνηκεν ΥΦ' ὑμῶν. Xen.	*Sed postquam interfectus est a vobis.*

Ὑπο cum Dativo plerumque significat. Lat. *prorsus Sub*, item *Per*. Angl. QUITE UNDER, BY.

Τὰ κείνȣ τεκν' ἔχων ὑπο πτεροῖς. Eurip.	*Natos ejus* sub *alis habens.*
Τὸν ὑπ' Ἰδομενῆϊ Ποσειδαὼν ἐδάμασσε. Hom.	*Quem* per *Idomeneum occidit Neptunus.*

Ὑπο cum Accusativo significat Lat. *Subter*, vel *Sub*. Angl. UNDER. Sic,

Πρόβατα ὑπο τὰ ἐρύματα προσηγμένα. Xen.	*Pecus* subter *munimenta adductum.*
Ὑπο τὰ τείχη ἄγειν. Id.	Sub *muros ipsos ducere.*

OBSERVANDA.

Verisimillimum est primigeniam significationem hujus præpositionis fuisse *Sub*, Angl. *Under*, eamque omnibus locutionibus quanquam aliter redditis semper conspici posse.

I. Cum Genitivo denotat *quietem* Sub; scil. cum ad locum alicujus respicit. Sæpe etiam metaphorice *sub potestate*, vel *imperio cujusquam*; [Angl. *Rest under*, when referring to the situation of any thing; or, metaphorically, *Under the influence* or *power of any one:*] Sic, Ὅσσε ὑπο βλεφάρων, [Hom.] *oculi* sub *palbebris.* Κτυπέει δὲ θ' ὑπ' αὐτοῦ ὕλη, [Id.] *resonatque* sub *ipso sylva.* Αἴγυπτος δὲ πάλιν ὑπο βασιλέος ἔγενετο, [Herod.] *Ægyptus iterum* sub *rege constituta est;* Angl. *Ægypt came again* under *the power of a king.* Nonnunquam etiam denotat *non solum aliquid esse sub*, sed etiam, cum verbo, operæ rationem superioris: Sic, ὑπο τούτων τῶν λόγων πέπεισμαι, [Plato.] per *hos sermones flector.* ὑπο τοῦ λιμοῦ, [Aristoph.] è *fame;* Angl. Under the effect *of famine.*

II. Cum Dativo interdum significat *aliquid esse prorsus* Sub; Sæpius autem metaphoricè usurpatur *ad denotandum aliquid esse subjectum alteri, vel ab eo utpote superiore defensum;*

vel *ita confectum sub eo tanquam instrumento.* Sic, κρύφθη γὰρ ὑπ' ἀσπίδι, [Hom.] *occultatus est enim* sub *clypeo.* ὑπ' αὐτῷ ἔχων ἐν τάξει τὴν ἰσχὺν, [Xen.] *habens* sub *ipso robur instructum.* ὑπο ταῖς ἀσπίσιν ἐκαθήντο, [Xen.] Subter *clypeos consederunt.* ὀφρὰ κὲν ἤδη ὕπνῳ ὑπο γλυκερῷ ταρπώμεθα, [Hom.] *ut jam somno dulci oblectemur;* Angl. *That we may now be refreshed* under the influence of *sweet sleep.* Ἐτεοκλέους θανόντος ἀδελφοῦ χειρὶ Πολυνείκους ὑπο, [Eurip.] *Eteocle interfecto manu fratris Polynicis;* Angl. *Eteocles being slain* by *the hand of his brother Polynices.*

III. Cum Accusativo, *motum alicujus proficiscentis* Sub; [Angl. *The motion of some object* proceeding under.] Sic, σεῦ ὕστερος εἶμ' ὑπο γαῖαν, [Hom.] *Te posterior* subeo *terram.* ὑπο πόντον ἐδύσατο, [Id.] *Neptunus* sub *mare immersit.*

2. Est aliquando ut *aliquem,* sub præsidium *alterius sese convertentem denotet;* [Angl. *Some one betaking himself* to the protection *of another.*] Sic, Αὐτὰρ ὁ αὖτις ἰὼν, παῖς ὡς ὑπο μητέρα, δύσκεν εἰς Αἴανθ', [Id.] *Ipse vero* (Teucer) *retro se recipiens, puer tanquam* sub *matrem, submittebat se ad Ajacem.*

3. Nonnunquam etiam tempus denotat: Sic, ὑπο νύκτα πλεύσαντες ἐς Μινώαν, [Thucyd.] Sub *noctem ad Minoam quum navigâssent.*

4. Sæpe supprimitur per ellipsin ante Genitivum post verba passiva. Sic, ἡττᾶσθαι (ὑπο) τῶν συμφορῶν, [Isocr.] *Vinci* a *malis.* σᾶς ἀλόχου σφαγείς, [Eurip.] a *tua conjuge jugulatus.*

5. Sæpe regit Genitivum articuli ante Infinitivum: Sic, ὑπο τοῦ ἐκπεπλῆχθαι, [Xen.] Angl. Under *their consternation.*

6. In compositione ὑπο significat *sub, infra.* Sic, ὑπαίθριος, sub *Dio.* ὑποβάλλειν, *subjicere.* 2. Nonnunquam denotat *clam, furtim.* sic, ὑπεξαιρεῖσθαι, *clam* e *medio tollere.* ὑπάγειν, *subduco.* 3. Denotat etiam *aliquid diminutionis.* sic, ὑπέρυθρος, *subruber.* ὑπολευκος, *subalbidus.* ὑπομιμνήσκω, *aliquid recordationis habeo.* 4. *Subjectionem,* sic ὑπακούειν, *parere.* ὑπαίτιος, *obnoxius criminationi,* &c.

DE ADVERBIIS.

ADVERBIUM est pars orationis indeclinabilis, quæ verbo et aliis vocibus adjungitur, ad earum modos explicandos.

I.—DE ADVERBIORUM FORMATIONE.

I. Pleraque Adverbiorum formantur ex nominibus, participiis, adjectivis, verbis, et præpositionibus, quæ aliquando Adverbiorum naturam induunt.

1. FORMANTUR ex Genitivo singulari et plurali, substantivorum, adjectivorum et participiorum: Sic,

Νυκτὸς, *noctu*, a νὺξ, nox. ὁμοῦ, *simul*, ab ὁμὸς, similis. οὐδαμοῦ, *nullibi*, ab οὐδαμὸς, nullus. αὐτοῦ, *hîc*, *ibi*, ab αὐτὸς, ipse.—σοφῶς, *sapienter*, ex genit. pl. σοφῶν. βαρέως, *graviter*, a βαρέων. ἀληθῶς, *verè*, ab ἀληθῶν, &c. Πρεπόντως, *decenter*, ex πρεπόντων. διαφερόντως, *excellenter*, a διαφέρω, &c.

2. ——— e Dativo singulari; Sic,

Παῤῥησίᾳ, *audacter*, *liberè*, ex παῤῥησία, oratio libera. σπουδῇ, *festinanter*, a σπουδὴ, festinatio. τάχει, *celeriter*, a τάχος, celeritas. ἰδίᾳ, *propriè*, ex ἴδιος, privatus. κοινῇ, *communiter*, a κοινὸς, communis. ἄλλῃ, *aliter*, ab ἄλλος, alius. Possunt hæc et similia per ellipsin præpositionum vel nominum explicari.

3. Quædam etiam ex nominativo singulari vel plurali neut. adjectivorum, articulo interdum præposito, interdum non: Sic,

Τὸ πρῶτον vel πρῶτον, et τὰ πρῶτα, *primum*. πλεῖστον, *plurimum*. ταχὺ et ταχὰ, *celeriter*. ταχύτερον et τάχιον et θᾶσσον, celerius. τάχιστα, &c. celerrime.

4. Imperativus quorundam verborum sæpe adverbialiter sumitur: Sic,

Ἄγε, ἄγε δὴ, *age, agedum,* φέρε, φέρε δὴ, idem, ἰδοὺ, *ecce.* ἀμέλει, *certe, omnino.* σῖγα, *tacite,* &c.

5. Quædam conflantur ex præpositionibus vel simplicibus, vel simul junctis: Sic,

Ἄνω, *sursum.* κάτω, *deorsum.* ἔσω vel εἴσω, *intra.* ἔξω, *foras.* —Διαπρὸ, *penitus,* &c. vel cum aliis verbis compositis: Sic,

Ἐπιπαν, *omnino.* ἐκποδὼν, *e medio, procul.* ἐμποδὼν, *in promptu,* item *impedimento.* παρεκτὸς, *extra.* ὑπεράνω, *supra.* ὑποκάτω, *infra,* &c.

6. Quædam ex nominibus et verbis, terminationes δον, δην et ιστὶ, similitudinem indicantes, addendo; Sic,

Κυνηδὸν, *cani similis,* a κύων, canis. ἀγεληδὸν, *gregatim,* ab ἀγέλη, grex. βοτρυδὸν, *densè, instar racemi,* a βότρυς, racemus. χύδην, *fusè, copiosè,* a χέω, fundo. κρυδδὴν, *clam,* a κρύπτω, celo. Ἑλληνιστὶ, *more Græco.* Ῥωμαϊστὶ, *more Romano.*

7. Syllabicæ δε, σε, ζε, nominibus, &c. postpositæ, motum *ad locum* denotant.—θεν et θε, *de loco*—θι, σι, χοῦ et χῇ *in loco:* Sic,

Οὐρανόνδε vel οὐρανόσε, *cœlum versus.* οὐρανόθεν vel οὐρανόθε, de cœlo,—πάντοθι, πανταχοῦ, et παντα χῇ, *ubique, ubivis.* Αθήνησι, *Athenis.* Θήδαζε, *ad Thebas.* Μεγάραδε, *ad Megara,* &c.

8. Terminatio κις, adjectivorum neutro generi subjuncta, temporis iterationes denotat: Sic,

Πολλάκις, *sæpenumero,* a πολλὰ. τετράκις, *quater.* πεντάκις, *quinquies.* ποσάκις, *quoties?*

9. Comparativus gradus Adverbiorum plerumque in ον desinit; a nominativo singul. neutro adjectivorum; superlativus in α, ex nominativo plurali; Sic,

Ἀκριδέστερον, *accuratius, certius.* ἀσφαλέστατα, *tutissimè.* ἐνδίκως, comp. ἐνδικώτερον. superl. ἐνδικώτατα.

10. Quædam in ως comparantur eodem modo quo adjectiva, plerumque terminationem ως retinentia; Sic,

Σόφως, *sapienter.* σοφωτέρως, *sapientius.* σοφωτάτως, *sapientissime.*

εὖ *bene,* habet pro compar. et superl. βέλτιον, *melius,* βελτιστα, *optimè.* πολυ et πολλὰ, *multum.* πλεῖον, πλέον et πλεῖν, *plus;* πλεῖστον et πλεῖστα, *plurimum.* μάλα, *valde.* μᾶλλον, *magis, potius.* μάλιστα, *maxime, potissimum.* ἧσσον vel ἥττον, *minus.* ἥκιστα, *minime.*

11. Ἀρι, ἔρι, ἄγαν, βρῖ, δὰ, ζὰ, βοῦ, λὰ, λὶ, aliis verbis præfixæ, significationem augent; Sic,

Ἀρίδηλος, *valde manifestus.* ἐρικυδὴς, *admodum gloriosus.* δαφοινὸς, *cædis avidus.* ζάθεος, *valde divinus.*

Δὺς, in compositione, difficultatem vel infelicitatem denotat; Sic,

Δυσέρως, *infelix in amore.* δυσκατάσβεστος, *qui non facile extingui potest.* δυσώνυμος, *infaustus.*

12. 1. A, forsan ex præpositione ἀπὸ ortum, sæpissime vim privandi obtinet; Sic,

Ἄυπνος, *insomnis.* ἄβατος, *impervius.* ἀμαθὴς, *rudis.*

2. A, per apocopen ex ἅμα *simul,* junctionem denotat; Sic, Ἅπας, *omnis simul.* ἀκοίτης, *maritus,* ex ἅμα et κοίτη, cubile.

3. A intensivum, pro ἄγαν, *valde,* significationem auget; Sic,

Ἄξυλος, *lignosus.* ἄβιος, *valde robustus,* ex βία, vis. ἀβιὸς, *longævus;* ex βίος, vita.—νη et νε in compositione sæpissime privant; sic, νήπιος, *infans, qui fari nequit,* ab ἔπω, *dico.* Excipe νήδυμος, *valde dulcis,* &c.

II. Adverbia denotant, 1. Locum. 2. Tempus. 3. Quantitatem. 4. Qualitatem. 5. Modum Agendi, &c. 6. Relationem inter.

1. Adverbia loci. ἄγχι, *prope.* ἄνω, *sursum.* ἄνωθεν, *superne.* ἄψ, *retro.* ἐγγὺς, *prope.* οἴκαδε, *domum.* πέραν, *ultra.* ποὶ,

quo? ποῦ, *ubi?* πᾷ, vel πῇ *quo, ubi.* χάμαι, *humi.* χωρὶς, seorsum, &c.

2. Adverbia Temporis. Ἀεὶ, *semper.* ἅπαξ, *semel.* ἄρτι, *nuper.* δὴν, *diu.* ἤδη, *jam.* νῦν, *nunc.* οὐδέποτε, *nunquam.* οὔπω, *nondum,* &c.

3. ——— Quantitatis. Ἄγαν, *valde.* ἅλις, *satis.* ἱκανῶς, *abundè.* μάλα, *multum.* ὀλιγὸν, *parvum.* περισσῶς, *amplius.* πολὺ, *multum,* &c.

4. ——— Qualitatis. Εὖ, *bene.* κακῶς, *male.* καλῶς, *pulchre, bene.* οἵως, *similiter.* κοινῇ, *communiter.* εἰκῇ, *frustra.*—ἀναιμωτὶ, *sine sanguine,* &c.

5. Modum agendi denotantia; Sic, Εἶα, *age,* &c. Item Adverbia interrogandi; Sic, Ἆρα, *an, utrum? ἆραγε, ἆρα μὴ, num? numquid? οὐχὶ, οὐκοῦν, nonne? nonne igitur?*—Negandi; Sic, Οὐ, οὐκ, οὐχ' Atticè οὐχὶ, *non, n quidem.*—Prohibendi; Μὴ, *ne.* μήδε, *neque.* μὴ δήτα, *ne quæso.*—Jurandi et affirmandi; Νὴ, ναι. Atticè ναιχὶ, *profecto.* οὐ μὰ, *non per,* &c. ἀμην, δη, *vere, certè.*

6. ——— relationem inter denotantia; Sic, Μᾶλλον, *magis.* ὡς, *sic.* ὥσπερ, *sicut.* οὕτως et οὕτω, *sicut.* οἷα, οἷον, οἵως, *ceu, tanquam.* ὡσπερεὶ, *uti.* καθὼς, *quemadmodum.* εἶτα, *tunc.* ἑξῆς et ἐφεξῆς, *deinceps.*

Interjectiones inter Adverbia recensentur; Sic,

Ἰοῦ, *eho.* ἰὼ, ὦ, *heu, eheu.* αἰ, οἰ, ἰὼ, *ah me! ὦ, O!* ἰδὲ, ἰδοὺ, *en! ecce!* &c.

DE CONJUNCTIONIBUS.

Conjunctio est pars Orationis invariabilis, quæ sententias coarctat, animi rationes ex iis deductas summatim explicat, et interdum verborum modos determinat.

Conjunctionum sunt species variæ; Quæ vero maxime notatu dignæ sunt sequentes; Scil.

1. Connectivæ; ut, καὶ, τὲ; ἠδὲ ἰδὲ, ἠμὲν, Poëticè, *et, atque.* καὶ δὲ, *etiam*, &c.
2. Disjunctivæ; ut, ἢ, ἤτοι, et Poëticè, ἠὲ, *aut, vel, sive.* ἤγουν, *sive igitur.* ἤπου, *aut.*
3. Adversativæ; ut, ἀλλὰ, δὲ, *sed, verò.* γὲ, *saltem.* μὲν, ἀλλὰ μὲν, *sed, profecto, quidem.* ἀτὰρ, *sed.* μέντοι, *tamen.* ὅπως, *attamen.*
4. Causales; ut γὰρ, *enim, nam.* ἵνα, ὅτι, ὅπως, ὄφρα, *ut, quod.* ὡς, ὥστε, *ut, adeo ut.* οὕνεκα, Poëticè, *quod.* εἴπερ, *siquidem.* ἐπεὶ, *quoniam, postquam.*
5. Concessivæ; ut, κἂν, καίπερ, εἰ καὶ, *quamvis, etsi.*
6. Conclusivæ, seu Ratiocinativæ; ut, ἄρα, οὖν, *igitur, ergo.* διὸ, *quapropter.* διοπὲρ, *quare.* δὴ, *igitur, sane, utique.* τοίνυν, *ergo* νὺ vel νὺν, *igitur.* τοιγαροῦν, *quare, igitur.* οὔκουν, *non igitur.*
7. Conditionales; ut, αἴ, αἴκε, Poëticè; εἰ, ἄν, ἔαν, ἤν; κὲ vel κὲν, Poëticè, *si.* εἰδήπερ, *siquidem.* ἐπειδὴ, *postquam*, &c.
8. Expletivæ; ut, γὲ, πὲρ, τοὶ, ῥα, θὲν, νὺ, ποῦ, πῶ, ἄρ, &c.

E Conjunctionibus, quædam cum diversis Verborum modis conjunguntur: Atque hi modi maxi-

mè determinantur per tempus verbi et factum, sive ex conjunctione constat id omni dubio vacare, seu ex aliorum voluntate vel quæ contingant pendere. Etenim Subjunctivus quidem modus plerumque locum habet post verba præsentis vel futuri temporis, Optativus autem post verba præteriti temporis.[c]

1. Ἂν rarius vel potius nunquam cum indicativo præsentis vel futuri construitur. Cum Indicativo Imperfecti, Aoristorum, et Plusquamperfecti vice Imperfecti fungentis invenitur, si res extra omnem dubitationem sit.

2. Si particula εἰ in priori vel altero membro sententiæ cum Indicativo Imperfecti, Aoristorum, Perfecti et Plusquamperfecti construatur, ἂν Indicativum horum omnium præter Perfectum excipiet.—Sin εἰ cum Optativo conjungatur, ἂν fere semper Optativum quoque habebit.

3. Ἂν rarius cum Subjunctivo jungitur nisi certis comitibus. Horum plerique sunt sequentes; Ὅς ἄν; ὅσος ἂν; ὅστις ἄν; ὁπότερος ἄν; οὗ ἄν; ἵν' ἄν; ὡς ἄν; ὅπως ἄν; ὅποτ' ἄν; ὅταν; ὁσακις ἄν; ἐπαν; ἐπειὰν; ἐπειδὰν; ἐπειὴ et ἐπειὴν; ἕως ἄν; ἐς τ' ἄν; ἥνικ' ἄν; πρίν ἄν; ὄφρ' ἄν vel κἂν, &c.

4. Ἂν, cùm eandem significationem ac ἐὰν induit, nempe *si*, construitur cum subjunctivo.

5. Ἂν, post verba præteriti temporis, construitur cum optativo omnium temporum nisi futuri. Cum particulis interrogativis, sicut πῇ, ποῖ, πόθεν, ποῦ, πῶς, τίς aliisque, optativum postulat.

6. Nonnunquam Infinitivum et Participium comitatur.

Ἐαν, ἤν, *si*. ἐπὴν, et ἐπεὰν, ἐπὰν, ἐπειδὰν, *quoniam, postquam*, ὅταν, *quum*, semper subjunctivum adsciscere debent.

Εἰ, *si*, cum Indicativo omnium temporum construitur; nempe, quando nihil incerti facto inesse videtur; jungi-

---

[c] Vide "*An Essay on the nature and general power of the particle* Ἂν," Printed for Bell & Bradfute, Edin. 1813.

tur etiam optativo, præsertim Aoristorum quum res ad quam spectat aut futura sit, aut cum aliquo quod eveniat, rationem habeat.

Nunquam Subjunctivo conjungitur; sæpe cum Futuri Indicativo, quanquam ἄν, cui prænuntia est, optativum adsciscit.

Εἰ μὴ, *nisi*, indicativum habet; ἐπεὶ, ἐπείπερ, ἐπέιτοι, *quandoquidem, postquam*; ἵνα, *ubi*, Indicativum Futuri, Aoristorum et Perfecti accipiunt.

Μὴ, *ne*, nunquam construi cum Indicativo Præsentis debet; sæpe cum Imperativo; rarius, si unquam, cum Imperativo Aoristi primi; sæpe cum Subjunctivo Aoristorum. Construitur cum participio Aoristi primi; sic, ὅτι, μὴ κατηγορήσαντος Αισχίνου. Demosth. περὶ στεφ. Nonnunquam cum Indicativo Futuri primi, etiamque Optativo, Aoristorum præcipue, post verba præteriti temporis.

Ὅποτε, cum Optativo construitur quum Indicativus verbi præteriti præcedat, vel si quando tempus indefinitum ab eo denotetur.

Ὅπως μὴ, et οὐ μὴ, nunquam sibi Subjunctivum Aoristi primi vel Activæ vel Mediæ Vocis, sed Passivæ adsciscunt. Sæpe cum Indicativo Futuri, et Subjunctivo Aoristi 2di Activæ et Mediæ conjunguntur.

Ὡς, ἵνα, ὅπως, ὄφρα, cum Optativo post verba præteriti temporis, cum Subjunctivo, præsentis vel futuri, construuntur. Quum tamen effectus aut præsens aut futurus sit, Subjunctivus adhibetur, licet verbum præteriti temporis præcedat.

Nonnunquam cum Indicativo verborum præteriti temporis conjunguntur; nempe quum significetur aliquid futurum esse, si alia quædam res contigerit. Vide Sophocl. Œdip. Tyr. 1389, et Hermanni Annot. in Vigerum, p. 805.

Ὅπως, cum significat *modum* potius quo res conficiatur quam *finalem causam*, sumit Futuri indicativum. Eundem quoque adsciscit quotiescunque ab aliis verbis subintellectis pendeat, sicut, Ὅρα, φρόντιζε, σκόπει, vel tale aliquid; ut, ἄγε νῦν, ὅπως, ὅταν τι προβάλωμαι σοφὸν περὶ τῶν μετεώρων, εὐθέως ὑφαρπάσει. Aristoph. Nub.

DE SYNTAXI.

Syntaxis docet partium orationis aptam inter se relationem.

Syntaxis est Concordantia et Regimen.

I.

DE CONCORDANTIA.

Concordantia, *ut apud Latinos, quadruplex est*:

1. Substantivi cum Substantivo in casu.
2. Adjectivi cum Substantivo in genere, numero et casu.
3. Relativi cum Antecedente in genere et numero, nonnunquam etiam in casu.
4. Verbi cum Nominativo numero et persona.

II.

DE REGIMINE.

Regimen est Duplex—1. Casuum. 2. Modorum.

I. De Regimine Casuum.

Regulæ Generales sunt Tres:

1. Genitivus regitur vel a nomine vel verbo, vel præpositione vel adverbio.
2. Dativus post nomen aut verbum regitur vel a vi tribuendi vel a præpositione.
3. Accusativus regitur vel a verbo transitivo vel a præpositione.

Visum est Syntaxin a Substantivis ordiri, et has regulas præcipuè, quæ Linguæ Græcæ indolem maximè ostendant, tradere:

I. *De Regimine Substantivorum.*

Regulae Speciales.

1. Genitivus sæpe regitur ab alio nomine subintellecto vel a præpositione ἕνεκα, *causâ*:[d] Sic,

   Ὅσοις μέτεστι τοῦ χρηστοῦ τρόπου, scil. μέρος. Aristoph. Quibuscunque (pars) est bonorum horum.

   Τὰ τῶν ἀνθρώπων, scil. πράγματα. Isocr. res hominum.

   Οἴμοι παρανοίας, supple ἕνεκα. Aristoph. Hei mihi, ob dementiam!

2. Poëtæ sæpe, soluti Scriptores parcius, Dativum pro Genitivo adhibent: Sic,

   Ἀλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Αγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ, Hom. pro Ἀτρεΐδοῦ Αγαμέμνονος. At non Atridæ Agamemnoni placuit animo.

3. Nomen partem temporis denotans regitur in Genitivo, præpositione διὰ, etiamque in Dativo, præp. ἐν subintellecta. Quando spatium temporis denotet in Accusativo ponitur, ἀνὰ subaudita.

   Νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Xen. Nocte atque die.

   Νὺν οὖν ὅλην τὴν νύκτα φροντίζων. Aristoph. Nunc ergo totam noctem cogitans.

4. Exclamationes vel mœroris vel admirationis sæpius in Genitivo, interdum in Accusativo ponuntur: Sic,

   Ὦ ἄναξ Ἀπολλον, τοῦ νέφους! Aristoph. O rex Apollo, quanta nubes!

---

d Nonnunquam τίς vel εἷς, *aliquis*, *unus*, aut præpositio ἐκ vel ἐξ subintelligitur. Vide "Exercises on the Government of Substantives."

II. *De Concordantia et Regimine Adjectivorum.*

I. De Concordantia.

1. Adjectiva aliquando, genere Substantivorum posthabito, *neutro* adhibentur, χρῆμα, sæpius; πρᾶγμα et κτῆμα interdum subintellectis: Sic,

   Ὀρθὸν ἡ ἀλήθεια, supple χρῆμα. Soph. Veritas est rectum (negotium).[d]

2. Adjectiva pluralia sæpe Genitivum eorum Substantivorum loco Nominativi adhibent: Sic,

   Οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀνδρῶν. Isocr. Homines honesti.

II. De Regimine.

1. Adjectiva, quæ *desiderium, memoriam, dignitatem, copiam, peritiam, excellentiam, accusationem, differentiam,* vel iis *contraria* significant, *Genitivum* adsciscunt: Sic,

   Εἰ ἔμπειρος ἦν τέχνης, Plato. Si peritus esset artis.

   Ἐπιμελείας ἄξιος. Xen. Cura dignus.

   Ἀγὼν πλήρης στεναγμῶν, οὐδὲ δακρύων κενός. Eurip. Hecub. Certamen gemitûs plenum, neque lachrymarum expers.

2. Adjectiva, paritivè posita, Comparativa, Superlativa, Indefinita, Interrogativa, et quædam numeralia, *Genitivum pluralem* capiunt:[f] Sic,

   Μή τις πολιτῶν. Eurip. Ne quis civium.

   Πολλοὶ μὲν αὐτῶν καθεύδουσι. Xen. Multi ex illis dormiunt.

   Ῥᾷστον ἁπάντων. Demosth. facillimum omnium.

---

d Aliquando fit ut in aliis generibus ac substantivorum ponantur; ut, Διὸς τέκος, Ἀτρυτώνη, Hom. Jovis filia indomita.

f In his omnibus genitivus regitur vel a vi substantivorum quorundam, vel a præpositione ἐκ vel ἐξ subintellecta. Verbalia cum α privativo, et quæ terminationem ικος habent, Genitivum etiam adsciscunt; Sic, Ἀπαιδεύτους ἀρετῆς; Xen. Virtutis imperitos.

3. Comparativa post se *Genitivum* recipiunt: [g] Sic,

Χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ τοῦ πλήθους ἔπαινος. Isocr. Multis opibus melior laus ex populo.

Ψυχῆς γὰρ οὐδέν ἐστι τιμιώτερον. Eurip. Nam nihil est vita pretiosius.

4. Adjectiva quæ *commodum, similitudinem, facultatem, amicitiam, fiduciam, æqualitatem, obtemperantiam, propinquitatem, claritudinem,* vel iis *contraria* denotant; etiamque *verbalia* et *composita*, ex σὺν et ὁμοῦ, *Dativum* adsciscunt: Sic,

Κελαινῇ λαίλαπι ἴσος. Hom. Atræ procellæ similis.

Ἐχθρὰ δὲ γαίας κοιράνοις καθίσταμαι. Eurip. Et inimica terræ principibus sum.

Ἀλλ' ἡμεῖς σοι ἱκανοὶ ἦμεν. Plato. Sed nos tibi satis eramus.

5. Comparativa et Superlativa, adjectivum *quantum differentiæ inter* perhibens, in *Dativo* [h] reponunt: Sic,

Τοσούτῳ γὰρ κρείττων δικαιοσύνη χρημάτων ὅσῳ. &c. Isocr. Tanto melior justitia divitiis quanto, &c.

6. Adjectiva sæpe Accusativum post se habent, regendum præp. κατὰ subintellecta. Sic,

Ὁ Σόλων ὁ παλαιὸς ἦν φιλόδημος τὴν φύσιν. Aristoph. Solon ille priscus, populi amans erat natura.

Ἡ Τυνδαρὶς γὰρ εἶδος εὐπρεπεστάτη. Eurip. Helena enim (quod ad) formam præstantissima.

III. *De Concordantia et Regimine Pronominum.*

1. Ionici et Attici scriptores sæpe relativum eodem casu quo Antecedentem ponunt: Sic,

Πρῶτον ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. Herodot. Primum hominum quos novimus.

---

[g] Genitivus plerumque regitur a præpositione ἀντὶ vel πρὸ.

[h] Nomen μέρος vel διάστημα in Dativo subintelligi potest.

Εἴγε ἐκ τῆς ἐπιστολῆς, δεῖ σκοπεῖν, ἧς ἔπεμψε πρὸς ἡμᾶς. Demosth. Si ex epistola oportet considerare, quam misit ad nos.

Η χρή μὲ παισὶν, οἷς Ἄρης ἐγείνατο, μάχην συνάψαι. Eurip. Certe oportet me cum filiis quos Mars genuit, pugnam committere.

2. Pronomina substantiva, reciproca et adjectiva, sæpe in *Genitivo*, nonnunquam in *Dativo*, loco Possessivorum, ponuntur: Sic,

Ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ γε νεὼν βάλλει. Aristoph. At suum ipsius ædem jaculatur.

Ἆρ' οὐχὶ μωρὸν ἐστὶ τοὐγχείρημά σου; Soph. Nonne conatus tuus ineptus est?

3. Adjectivum pronomen αὐτὸς, cum articulo, *idem* significans, habet *Dativum* post se; qui casus a prep. σὺν subintellecta regendus est: Sic,

Οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς. Demosth. Non in eandem stationem plerisque tendit.

Οὐ ταὐτὰ δοξάζειν ἀλλήλοις. Xen. Mem.

4. Si mulier, de se loquens, pluralem adhibet numerum, genus etiam adhibet masculinum; si masculinum adhibet genus, numerum etiam adhibet pluralem. Dawesii Canon. Sic,

Ἡμεις (scil. Μήδεια) κτενοῦμεν, οἵπερ ἐξεφύσαμεν. Eurip. Med. Nos interficiemus qui peperimus.

IV. *De Concordantia Verborum.*

1. Neutrum plurale sæpissimè gaudet verbo singulari:[z] Sic,

Ἀπέλιπεν τὰ χρήματα. Aristoph. Pecunia defecit.

Ταῦτα πάντα πέπρακται. Demosth. Hæc omnia facta sunt.

2. Omnis numerus dualis jungi potest verbis, participiis et adjectivis pluralibus; Sic,

Πίπτουσιν ἄμφω, Eurip. Cadunt ambo.

---

[z] Plurale verbum nonnunquam neutri plurali subjicitur ubi sermo de animantibus est; Sic, Τέκνα μὴ θάνωσι. Eurip. Ne liberi moriantur.

Τὼ δ' ἐκσπασάμενω δολίχ' ἔγχεα—σύν ῥ' ἔπεσον, λέουσιν ἐοικότες. Hom. Itaque, educti longis ensibus congressi sunt, leonibus similes.

3. Duo substantiva, inter quæ conjunctio intercedit, eandem fere significationem præ se ferentia, plerumque verbum singulari numero recipiunt [a]: Sic,

Μάχη ἐνοπή τε δεδήει. Hom. Pugna et clamor exarserat.

4. Duo aut plura substantiva sæpe verbum, cum proximo sociatum, singulari numero recipiunt: Sic,

Παρῆν δὲ ὁ Γωβρύας καὶ ὁ Γαδάτας. Xen. Aderant Gobryas et Gadatas.

5. Infinitivus cum articulo, vel pars sententiæ, sæpe nominativus verbo fit: Sic,

Ποίαν τινὰ ἡδονὴν τὸ νικᾶν παρέχει; Xen. Qualem voluptatem adfert victoria?

Τὸ δὲ ζῆν σμικρὸν (ἐστὶ.) Eurip. Brevis est vita.

V. *De Regimine Verborum.*

I. Quæ Genitivum, &c. regunt.

1. Verba *desiderium,* vel *aliquem animi affectum* denotantia, Genitivum post se habent: Sic,

Οὐ γὰρ τούτων ἐπιθυμῶ. Aristoph. Has enim non expeto.

2. Verba sensûs, excepto visu, plerumque Genitivum adsciscunt: [b] Sic,

Ἀκούετε τῆς ἐπιστολῆς. Demosth. Epistolam auditis.
Ἡσθόμην σοῦ. Eurip. Te sensi.
Χειρὸς ἔχων. Hom. Manum prehendens.

3. Sequentia verba Genitivo[c] gaudent. scil. Verba *imperandi,*

---

[a] Sic etiam apud Latinos, Tanta circa fuga et trepidatio fuit. Liv. I. 21. Pavor terrorque pervenerat. Id. l. 29.

[b] Attici sæpe hanc regulam spernunt; Sic, τόδ' ἔπος λυπρὸν ἀκούω. Eurip. Audio hunc tristem sermonem.

[c] Genitivus potius regitur substantivis aut præpositionibus subintellectis, vel cum verbis conjunctis.

incipiendi, desinendi, recordandi, excellendi, accusandi, judicandi, parcendi, negligendi, concedendi, prohibendi, admirandi, despiciendi, conandi, assequendi, participandi, abstinendi, differendi, fruendi, egendi, &c.: Sic,

Χώρας ἐπάρχω πολλῆς. Xen. Magnam regionem impero.

Σῶν κακῶν μεμνήσομαι. Eurip. Tua mala recordabor.

Φείσαι τέκνων. Eurip. Parce liberis.

Οὕνεκα βουλῇ ἀριστεύεσκεν ἁπάντων. Hom. Quoniam consilio præstabat omnibus.

4. Verba *implendi, privandi, merendi, frustrandi*, plerumque Genitivum cum Accusativo adsciscunt:[d] Sic,

Τάχ' αὐτῶν πεδίον ἐμπλήσω φόνου. Eurip. Cito implebo campos eorum sanguine.

5. Verba quæ *possessionem*, et *officium* denotant, Genitivum postulant: Sic,

Λαΐου γὰρ ἦν. Soph. Laii etenim erat.

II. Quae Dativum &c. regunt.

1. *Causa, instrumentum* vel *modus agendi* in Dativo adhibetur.

Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν. Hom. Pendant pœnas Danai ob meas lachrymas tuis sagittis.

Βαρείᾳ συμφορᾷ πεπληγμένος. Eurip. Gravi calamitate implicitus.

2. Verba quæ *commodum*, vel *incommodum* innuunt; etiamque verba *jubendi, obsequendi, appropinquandi, repugnandi, nunciandi, promittendi, precandi,*[e] *utendi, gaudendi, studendi, admonendi,*[f] *reprehendendi, irascendi, certandi, ignoscendi* et *confitendi*, Dativo gaudent: Sic,

---

[d] In voce passiva Genitivum solum.

[e] Excipe δέομαι *rogo*, quod cum genitivo construitur, etiamque λίσσομαι, λιτανεύω et ἱκετεύω, quæ accusativum semper postulant.

[f] Excipe παρακαλέω et προτρέπω, *adhortor*, quæ Accusativum postulant.

Διπλᾶν γὰρ αὐτῇ πῆμ' ἐπεστρατεύετο. Eurip. Duplex enim malum illam invadebat.

Προσευξάμενος τοῖς θεοῖς. Xen. Deos precatus.

Ἀλλ' οὐκ ἐπείθετο τοῖς ἐμοῖς οὐδὲν λόγοις. Aristoph. At meis nihil obtemperavit monitis.

Συγγνωθί μοι, Id. Ignosce mihi.

3. Verba passiva sæpe Dativum[g] agentis regunt: Sic,

Δέδοκται τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. Demosth. Visum est senatui et populo.

4. Εἰμὶ *sum*, pro ἔχω[h] *habeo*, sumptum, Dativum postulat: Sic,

Οὐκ εἰσί μέν μοι παῖδες; Eurip. Nonne sunt mihi liberi?

5. Verba impersonalia[i] dativum regunt: Sic,

Αὐτῷ μελήσει. Eurip. Illi curæ erit.

6. Verba *dandi, pollicendi, declarandi, auferendi*, Dativum cum Accusativo adsciscunt; Sic,

Οὐκοῦν δοκεῖ σοὶ τήνδε μοι δοῦναι χάριν; Eurip. An non igitur placet tibi dare mihi hoc beneficium?

7. Verba *comitandi* et *sequendi*, compositaque ex ὁμοῦ, *simul*, Dativum post se habent, qui casus a praepositione σὺν subintellecta regitur; Sic,

Σοφοῖς ὁμιλῶν. Cum sapientibus consuetudinem habens.

III. Quae Accusativum, &c. regunt.

1. Infinitivus cum Articulo sæpe fungitur vice nominis in Accusativo; Sic,

Αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ ἀποθνήσκειν οὐδεὶς φοβεῖται. Plato. Mortem enim ipsam nemo timet.

Οἱ τὸ πορευέσθαι μόνον παρεχουσιν. Xen. Mem. qui incessum tantum præbent.

---

[g] Verba passiva sæpe Genitivum post se habent, per ellipsin præpositionum. Vide Exercises p. 117.

[h] Ἔχω sæpe pro εἰμὶ in usum venit, sic Ταῦτα ἂν ὁπῇ πότε ἔχει; Plato. Hæc igitur qua ratione se habeant. (supple ἑαυτά.)

[i] Sequentia Dativum cum Genitivo regunt scil. δεῖ, *oportet*, quod etiam nonnunquam Accusativum cum Genitivo admittit. μέτεστι, *est mihi cum aliquo.* μέλει, *curæ est.* μεταμέλει, *poenitet.* διαφέρει, *differt.* προσήκει, *convenit.*

2. Quædam verba intransitiva Accusativum nominis sibi cognati admittunt: Sic,

Ἕτερον νόσον νοσεῖν. Plato. Alio morbo laborare.

3. Verba *accusandi*, *damnandi*, *liberandi*, *æstimandi*, Genitivum rei cum Accusativo personæ adsciscunt: Sic,

Τῆς ἀδικίας τὸν Σωκράτην ὁ κατήγορος αἰτιᾶται. Xen. Injuriæ Socratem accusator arguit:

Σε τῆδ' ἐλευθερῶ φόνῳ. Eurip. Te hâc cæde libero.

4. Verba *dandi*, *auferendi*, *docendi*, *admonendi*, *rogandi*, *celandi*, *benè* vel *malè faciendi* ac *dicendi*, *induendi* vel *exuendi*, et quædam *accusandi*, duplicem habent Accusativum: Sic,

Ἅπαντα σε διδάξομαι. Lucian. Omnia te docebo.

Μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον ἄνδρας δεξιοὺς. Aristoph. Ne quid dixeris indignum viris probis.

Τί ἀγαθὸν ἐργάσῃ σαυτὸν; Plato. Quid boni tibi ipsi facies?

Δρᾷς δ' ἐδὲν ἡμᾶς εὖ, κακῶς δ', ὅσον δύνῃ. Eurip. Nihil bene nobis facis, quantum autem possis mali.

6. Accusativus post verba passiva sæpe regitur a præp. κατὰ subaudita: Sic,

Πλήττομαι τὴν κεφαλήν, percutior (quod ad) caput.

Ἐπεὶ δὲ δὴ τὰ πολιτικὰ βούλει σοφὸς γενέσθαι. Plato. Quoniam in civilibus erudiri vis.

De Præteritis et Aoristis passivis Accusativum regentibus, vide Greek Exercises, p. 128.

VI. De Infinitivo.

1. Infinitivus regitur a Verbis, Participiis et Adjectivis: Sic,

Χρὴ γὰρ ἐπιθαυμάζειν. Aristoph. Oportet enim venerari.

Δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν. Eurip. Terribile erat spectaculum visu.

2. Infinitivus cum Articulo, et interdum sine Articulo regitur ut Gerundium Latinorum: Sic,

Δύο ποιῆ καιροὺς τῆ λέγειν. Isocr. Duas occasiones *legendi* arripe.

3. Infinitivus sæpe regitur aliis verbis subauditis: Sic,

Μήτε σὺν᾽ ἀθανάτοισι μάχεσθαι. Hom. (supple φρόνει vel tale aliquid.) Ne tu cum immortalibus contendas.

4. Infinitivus interdum absolute ponitur, particulis, ὡς, ὥστε, πρὶν, μεχρὶ, &c. præcedentibus: Sic,

Πρὶν δῆλον εἶναι. Xen. Priusquam manifestum erat.

5. Μέλλω, *futurus sum*, cum Infinitivo, redditur Latinè per participium futurum et verbum substantivum: Sic,

Ἃ μέλλω λέγειν. Xen. Quæ dicturus sum.

6. Cùm aliquis de se loquitur, vel cum infinitivus ad personam alterius verbi refertur, Accusativus ante infinitivum perrarò adhibetur: Sic,

Αὐχήσεις πεπλευκέναι; Lucian. Gloriaberis *te* navigâsse?

Ἦ γὰρ οἴομαι ἄνδρα χολωσέμεν. Hom. Profecto enim suspicor *me* virum irritaturum.

Sin autem substantivum, vel adjectivum vel pronomen, subsequatur, fere semper in nominativo ponitur[k]: Sic,

Καὶ φησὶν αὐτὸς αἴτιος γεγενῆσθαι. Demosth. Et dicit *se* fuisse causam.

Τήλεφος εἶναι Μυσὸς φάσκων. Aristoph. Telephum *se* esse Mysium perhibens.

Ὃς νῦν πολλὸν ἄριστος ἐνὶ στρατῷ εὔχεται εἶναι. Hom. Qui nunc longe potentissimum in exercitu gloriatur *se* esse.

Verum quum sermo sit de altero, Accusativus, ut apud Latinos, adhibetur: Sic,

Οὐδὲ ἑ φημὶ φεύξεσθαι. Hom. Nec *ipsum* opinor evasurum.

7. Infinitivus habet eundem casum post se[l] quem ante se. Sic,

Ἀναγελάσας ἐπὶ τῷ κρείττονι τοῦ ἔρωτος φάσκοντι εἶναι. Xen.

---

k Hanc constructionem Latini interdum imitati sunt; Sic,

Dissimulare etiam sperasti, perfide, tantum
Posse nefas? *tacitus*que mea decedere terra? Virgil. Æn. l. 4. v. 305.

l Nisi post impersonalia verba, et pauca alia, cum Accusativus pro Dativo et interdum Genitivo fere semper in usum venit; Sic,

Ἀνάγκη δὲ μοι, ἤ, ὑμᾶς προδόντα, τῇ Κύρου φιλίᾳ χρῆσθαι. Xen. Anab.

Θὺ γὰρ ἦν πρὸς τοῦ Κύρου τρόπου, ἔχοντα μὴ ἀποδιδόναι. Id.

Ridens de homine se superiorem esse amore dicente.

8. Infinitivus sæpe habet ante se Articulum, qui aliquando vel quodam nomine, vel præpositione, vel etiam verbo regitur[m] : Sic,

Τὸ ἀδικεῖν ἄρξεται. Æsop. Injuriam facere incipiet.

Μηδὲν φροντίζων τὸ ἀντευεργετεῖν. Xen. Nihil cogitans vicissim benefacere.

Διὰ τὸ σωφρονεῖν. Aristoph. Propter modestiam.

Διὰ τὸ (ταῦτα) οὕτως ἔχειν. Plato. Quia sic se habent.

Οὗ τῆς Ἑλλάδος πλέιστη ἐξουσία τὸ λέγειν. Id. Ubi totius Græciæ maxima est loquendi libertas.

9. Indicativus, cum ὅτι vel ὡς, sæpe fungitur vice Infinitivi cum Accusativo : Sic,

Γνῶθι ὅτι ἐγὼ ἀληθῆ λέγω. Soph. Scito me verum dicere.

VII. De Participio.

1. Participia sæpe construuntur cum verbis εἰμὶ, γίνομαι, ὑπάρχω, ἔχω, τυγχάνω, φθάνω, λανθάνω, ἥκω, χαίρω, aliisque ; et eundem casum, genus et numerum ac persona verbi adsciscunt : Sic,

Εἰ ἐτύγχανε Γοργίας ἐπιστήμων ὤν. Plato. Si Gorgias peritus esset.

Ἐλάθομεν ἡμᾶς αὐτὸς παίδων ὐδὲν διαφέροντες. Id. Non animadvertimus nos a pueris nihil differre.

Οὐ φθάνω βρέξας. Lucian. Priusquam madefeci.

2. Participia post verba *eundi, perseverandi, desistendi, intelligendi, mittendi, apparendi, inveniendi,* vel quæ aliquem affectum animi denotant, loco infinitivi[n] adhibentur : Sic,

---

[m] Est aliquando ut nominativus vel accusativus pronominis locum ante infinitivum habeat.

[n] Participium sæpe adhibetur loco infinitivi ; Sic,

Καὶ οἱ Ἀθῆναιοι ὐκ ἦλθον κωλύσοντες. Thucyd. Et Athenienses non venerunt ut prohiberent.

Σαφῶς κατέμαθον αὐτὸν ἐγχέαντα. Xen. Pulchrè intelligebam eum infundere. Ἤσθετ' ἠδικημένη. Eurip. Sensit injuriam sibi factam.

Τὸν ἔρχομαι λέξων. Herodot. Quem jam dicturus sum.
Πρεσβεύων ᾤχετο. Demosth. Legatus abierat.
Παύσεται φοβούμενος. Xen. Desinet metuere.
Χρῶμενοι διατελοῦμεν. Isocr. *Semper* utimur.
Συνίεσαν πονοῦντες. Lucian. Intelligebant se laborare.
Μέμνησαι οὖν λέγων. Plato. Reminiscere te dixisse.

3. Participia post adjectiva φανερὸς, δῆλος, eorumque composita, in eodem casu, genere et numero cum iis ponuntur: Sic,
Δῆλος ἦν ἐπιθυμῶν. Xen. Evidenter appetebat.
Φανερὸς δὲ ἦν.—νικᾷν πειρώμενος. Id. Manifestum erat quod conabatur excellere.

4. Participium cum Articulo ante se sæpe vice Relativi cum Indicativo fungitur: Sic,
Τίς ἔσθ' ὁ κόψας τὴν θύραν; Aristoph. Quis est qui foras pulset?
Ἀλλὰ σε νικῶ, τὸν ἐμοῦ κρείττω φάσκοντ' εἶναι. Id. At te vinco, qui jactas te esse superiorem me.
Καίτοι σ' ὁ φύσας χ' ἡ τεκοῦσα προὔδοσαν. Eurip. Atqui pater tuus et mater te perdiderunt.

5. Substantivum cum participio, cujus casus a nulla alia dictione pendet, plerumque in Genitivo [o] absoluto ponitur: Sic,
Συμφορᾶς ἀφιγμένης. Eurip. Veniente calamitate.
Γεγραμμένων δὲ τῶν νόμων. Eurip. Legibus scriptis.

6. Participia quorundam Impersonal. Verborum in Nominativo absoluto adhiberi solent: Sic,
Ἔξον σωθῆναι. Plato. Cum liceat servari.
Παρόν μοι μὴ θανεῖν. Eurip. Cum liceret mihi non mori.

7. Participia cum ὡς, sæpe obliquis casibus inveniuntur loco verbi indicativi: Sic,

---

o Interdum in nominativo, quodam tempore, &c. εἰμὶ, *sum*, subaudito; perraro in dativo et accusativo.

Ὡς ἐμοῦ λέξαντος. Eurip. Quia ego jam dixi.

Ὡς τοὺς θεοὺς κάλλιστα εἰδότας. Xen. Quoniam Dii melius sciunt.

8. Participium nonnunquam usurpatur pro gerundiis in *do*, vel auferendi casu: Sic,

Ἀνήρητο προσιών. Xen. Sibi devinxit adeundo.

Τί ἂν ποιῶν ὑμῖν χαρίσαιτο. Demosth. Quid faciendo vobis gratificaretur.

9. Verbalia adjectiva in τεον,[p] regunt dativum personæ et eundem nominis casum quem verba eorum solent: Sic,

Πειστέον πατρὸς λόγοις. Eurip. Obtemperandum est patris verbis.

Πολεμικῆς δὲ ἐπιστήμης καὶ μελέτης παντάπασιν ὐ μεταδοτέον τούτοις. Xen. Militaris vero scientiæ atque exercitationis omnino nihil cum iis communicandum est.

VIII. DE ADVERBIIS.

1. Adverbia eundem casum ac adjectiva, verba, &c. unde derivantur, regunt[q]: Sic,

Ὡς δ' ἐγένοντο πλησιέστερον τοῦ Ἡρακλέους. Xen. Quum jam propius essent Herculi.

Ἁπάντων διαφερόντως. Plato. Maxime omnium.

2. Adverbia *loci, temporis, quantitatis, ordinis,* &c. Genitivum adsciscunt[r]; Sic,

---

[p] Verbalia in τος nequaquam, ut sæpe fertur, eandem significationem cum iis in τεος induunt. Hæc, *aliquid necessitatis* præ se ferunt, atque plerumque reddi Latinè solent per gerundium. Illa, tantum quodvis *fore* denotant, et sæpe verti possint per supinum in U, vel participium futurum passivum; Sic,

Τί δὴ ποτ' ἐμοὶ βλεπτόν. Soph. Oedip. Tyr. Quid quæso, tandem est mihi videndum. Ἐς δεινὸν, οὐδ ἀκουστὸν, οὐδ' ἐπόψιμον. Id. In horrendam calamitatem, auditu, et visu trucem.

[q] Poetæ præcipue adverbia loco eorum adjectivorum sæpe adhibent.

[r] Ἅμα et ὁμοῦ, gaudent dativo.

Ἐνταῦθα τοῦ οὐρανοῦ. Xen. Eo cæli.

Οὐδ' ὁρᾷν ἵν' εἶ κακοῦ. Soph. Neque videre quo miseriæ sis.

3. Νὴ et μὰ, jurandi adverbia, accusativum postulant; Sic,

Μὰ Δία, non per Jovem. Νὴ Δία, ita per Jovem.

4. Duplex vel plures negationes plerumque vehementius negant; Sic,

Οὐκέτι εἶχεν οὐδὲν. Palæph. Nihil amplius habuit.

5. Sin autem verbum[s] inter duas negationes intercedat, affirmatio denotatur; Sic,

Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ εἶ σὺ γεννάδας ἀνήρ. Aristoph. Non est quin tu sis generosus vir.

---

[s] Nonnunquam etiam sine verbo; Sic,

Οὐδένα ὅντινα οὐ κατέκλαυσε τῶν παρόντων. Plato. Fecit ut omnes quicunque aderant, flerent.

DE PROSODIA.

Prosodia est ea Grammaticæ pars, quæ syllabarum quantitates, versuumque pangendorum artem præcipue tradit.*

I.

De Positione vocalium.

1. Brevis vel anceps vocalis ante duas consonantes vel duplicem plerumque producitur; ut, *ϛεμματ' ἔχων. Homer. ἀζηχὴς ὀδύνῃ. Id. ὅς τέ με. Id.*

2. In Heroico carmine brevis vel anceps vocalis ante mutam et liquidam plerumque producitur,†

ὣς ὁ πρόσθ' ἵππων καὶ δῖφρȣ κεῖτο τανυσθεὶς. *Hom.*

3. In Tragicis vocalis initio vel in media vocis sæpius brevis est ante mutam et liquidam; semper in fine, ut,

αὐτός θ' ὅπλισμα τοὐπιδαύριον λαβὼν. *Eurip. Suppl.* 724.
– – | ⏑ – | ⏑ – | ⏑ – | ⏑ – | ⏑ –

---

* De quantitate ancipitum vocalium Vide librum cui titulus est "Prosodia Græca," Ed. 2. 1815.

† Nonnulli ferunt vocalem brevem inveniri correptam ante *πτ* et *σκ.* scil. in *Αἰγῡπτιας.* Il. *ί*, 383. et *Σκαμάνδριον*, *ζ'*. 482. Verum prior rectius trisyllabica vox habenda est et posterior antiquitus videtur fuisse *Καμάνδριον*.

4. Vocalis brevis, pedem claudens, ante ῥ in vocis initio sequentis, apud Poetas scenicos producitur; ut,

σὺ δ' ἐκ ἀνέξει; χρῆν σ' ἐπὶ ῥητοῖς ἄρα. *Eurip. Suppl.* 461.
τοῦτ' ἐστὶν ἤδη τοὔργον εἰς ἐμὲ ῥέπον. *Soph. Œdip. Tyr.* 847.

5. Comici vocalem brevem ante tenues π, κ, τ, et aspiratas φ, χ, θ, sequente quavis liquida,* et ante consonantes medias β, γ, δ, sequente ῥ, semper brevem servant. *Dawes.*

6. Comici et Tragici vocalem brevem ante consonantes medias, sequente quavis liquida, præter unicam ῥ, fere semper producunt. *Id.*†

7. Comparativa in ιων desinentia Atticè penultimam producunt: Ionicè et Doricè corripiunt; ut,

δεξιότητος καὶ νουθεσίας ὅτι βελτίους τε ποιοῦμεν.
– ⏑⏑| – – | – | – | ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑ – | – – | ⏑ ⏑ –|
Aristoph. Ran. 1009.

καὶ πολὺ καλλίονες καὶ μείζονες ἐισοράασθαι.
– ⏑ ⏑| – ⏑⏑|– – | – ⏑⏑|– ⏑⏑|– –
Hom. Odyss. κ'. 306.

II. Vocalis et Diphthongus ante Vocalem.

De vocalium elisione vide Prosod. Græc.

1. Apud Atticos Poetas diphthongi οι et αι sæpe media in voce corripiuntur; ut, ‡

κἄμ' ἂν τοιαύτη χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι. *Soph. Œdip. Tyr.* 140.
– – | ⏑ –| – –|⏑ –| – – | ⏑ –

2. Diphthongi ει et ευ nunquam apud eosdem corripiuntur.

3. In Iambicis pariterque Trochaicis numeris vocalis longa

---

* In melicis Comici nonnunquam brevem ante tenuem et liquidam longam reddunt: Sic,

νέμεσθε, φῦλα μυρία κριθοτράγων. Aristoph. Aves. 231.
⏑ – | ⏑ –| ⏑ – |⏑– | ⏑ –| ⏑ –

† Vide Prosod. Græc. p. 24.

‡ Pronunciatum esse verisimile est, το | γαυτη et ικτα | γου.

aut diphthongus ante aliam vocalem vel diphthongum, vocis initio sequentis, nunquam corripitur.

III. De Contractione.

1. Omnis syllaba ex contractione longa fit.

πέφευγα· τἀληθὲς γὰρ ἰσχύον τρέφω. *Soph. Œdip. Tyr.* 356.

2. Duæ longæ vocales nonnunquam in unam longam contrahuntur; sic,

ἢ οὐχ ἅλις. *Hom. Il.* ε'. 349.

3. Brevis et longa in unam longam; ut,

πλέων ἐπὶ οἴνοπα πόντον. *Odyss.* α'. 183.

μὴ μοί τι Θησέως τῶν δὲ μηνύσῃς τόκῳ. *Eurip. Hippol.* 522.

Vide etiam *Soph. Œdip. Tyr.* 630.

4. Apud Epicos et Bucolicos, brevis et longa in unam brevem ante vocalem alterius vocis, contrahuntur;* sic,

χρυσέω ἀνὰ σκήπτρῳ. *Hom. Il.* α'. 15.

5. Brevis et diphthongus in unam longam; ut,

ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν, ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες. *Hom. Il.* α'. 18.

Vide *Soph. Œdip. Tyr.* 640.

6. Duæ breves in unam longam; ut,

Ἀχιλλέως παῖ Νεοπτόλεμε τὸν Μηλιᾶ. *Soph. Philoct.* 4.

Vide *Eurip. Orest.* 393.

---

* Hoc nunquam fit in prima pedis syllaba. Vide "*An Enquiry into Homer's Versification*," &c.

7. Apud Atticos articulus cum α brevi semper in α longam coalescit; ut,

λαϐὼν πίεζει τἀγαθῷ τὸ δυστυχές. *Eurip. Hippol.* 653.
⏑ – | ⏑–|– –| ⏑ –| ⏑ –| ⏑ –

8. Μὴ ἐ et ἡ ἐ semper apud Atticos, et plerumque alios Poetas, in unam syllabam coalescunt; ut,

ποιήσετ'· ἢ οὐ ποιήσετ'; ἢ τί μέλλετε; *Aristoph. Lys.* 123.
– –| ⏑ ––| – –| ⏑ –| ⏑ – | ⏑ –

τί δῆτα μέλλει μὴ οὐ παρουσίαν ἔχειν; *Soph. Aj.* 540.
⏑ –| – – | – ––| ⏑ –| ⏑ –| ⏑ –

Vide *Aristoph. Ran.* 68.

9. Tragici et Comici fere semper crases in vocibus, ἢ εἰδέναι et μὴ εἰδέναι, ἐπεὶ ἐ, ἐγὼ ἐ, et in concurrentibus, ὠ, εἰ, et ὠ, ἐ, faciunt: ut,

τὸ μὴ εἰδέναι μὲν πρῶτον ἐκλύει κάκης. *Eurip. Hippol.* 1361.
⏑ ––|⏑ –| – –|⏑ –| – – | ⏑ –

θανόντ' ἐπεὶ ἔ μοι ζῶνΐι γ' αὖθις ἕξετον. *Soph. Œdip. Col.* 1436.
⏑ – |⏑ ––| – –|⏑ –|⏑ –|⏑ –

ἐγὼ οὐκ ἄρα σχήσω, &c.
⏑ –– |⏑ –| – –

Aristoph. Lysist. 284. vide etiam 273.

18. ι paragoge nusquam inter Tragicos Iambos vel Trochæos admittitur.

Tirones crases sequentium observent, scil. τἔνθενδε pro τὸ ἐνθένδε, κἆτα pro καὶ εἶτα, κἄτι pro καὶ ἔτι, κἂν pro καὶ ἐν, κἂν pro καὶ ἂν, κεἰ pro καὶ εἰ, κἀγὼ pro καὶ ἐγὼ, κἄπειτα pro καὶ ἔπειτα, κἀκ pro καὶ ἐκ, τἔμον pro τὸ ἐμὸν, οὑμος pro ὁ ἐμὸς, ἐγῷδα pro ἐγὼ οἶδα, αὑτος pro ὁ αὐτὸς *idem*, χὤπως pro καὶ ὅπως, ὤνθρωπος pro ὁ ἄνθρωπος, θὤπλα pro τὰ ὅπλα, μἔστιν pro μοῖ ἔστιν per crasin et ecthlipsin, θἄτερα pro τὰ ἕτερα, &c.

Figurae Dictionis.

Prosthesis apponit capiti, sed *aphæresis* aufert.
Syncopa de medio tollit, sed *epenthesis* addit.
Abstrahit *apocope* fine, sed dat *paragoge*.
Constringit *crasis*, distracta *diæresis* effert.
Litera si legitur transposta *metathesis* exit.
Antithesin dices tibi litera si varietur.

Ruddiman.

II.

De Pedibus.

Pes est nexus duarum pluriumve syllabarum, quarum tempora * sunt vel eadem vel diversa.

Pedes, qui maxime in usum veniunt, sunt sequentes.

1.

Iambus	⏑ –	Tribrachys	⏑ ⏑ ⏑
Spondæus	– –	Dactylus	– ⏑ ⏑
Trochæus	– ⏑	Anapæstus	⏑ ⏑ –

11.

Choriambus	– ⏑ ⏑ –	Creticus seu amphimacer	– ⏑ –
Antispastus	⏑ – – ⏑	Pæon primus	– ⏑ ⏑ ⏑
Ionicus a majore	– – ⏑ ⏑	Pæon secundus	⏑ – ⏑ ⏑
Ionicus a minore	⏑ ⏑ – –	Pæon tertius	⏑ ⏑ – ⏑
		Pæon quartus	⏑ ⏑ ⏑ –

* Notandum est unam longam syllabam æqualem esse tempore duabus brevibus.

III.

Epitritus primus	⏑ – – –
Epitritus secundus	– ⏑ – –
Epitritus tertius	– – ⏑ –
Epitritus quartus	– – – ⏑

III.

*De Metris.**

Metrum proprie constat ex duobus pedibus, quia in scenicis spectaculis tibicen, qui rythmum et tempus moderabatur, solum pede uno ictu percutiebat, dum Actor duos pedes pronuntiabat.

Metrorum sunt præcipue novem genera, quæ nomina sortiuntur ex *pede* sibi proprio vel qui in unoquoque maxime invalescit. Scil. 1. *Iambicum,* 2. *Trochaicum,* 3. *Anapæsticum,* 4. *Dactylicum,* 5. *Choriambicum,* 6. *Antispasticum,* 7. *Ionicum a majore,* 8. *Ionicum a minore,* 9. *Pæonicum.*

Ex numero metrorum, seu duorum pedum, in quocunque versu, metrum nominatur, vel *Monometrum,* ex uno metro vel duobus pedibus constans; *Dimetrum,* ex duobus metris vel quatuor pedibus; *Trimetrum,* quod etiam *Senarium* nuncupatur, ex tribus metris vel sex pedibus: *Tetrametrum,* ex quatuor metris, vel octo pedibus. Sunt alia quidem quæ per *monopodiam,* i. e. singulos pedes, mensuram habent, ut *Pentametrum,*

---

* "Omnis *structura* ac *dimensio* et *copulatio vocum,*" inquit Quinctilianus, Inst. lib. ix, cap. 4, "constat aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi volo) aut "μέτρῳ, id est, dimensione quadam. Quod etiam si constat utrumque pedi-"bus, habet tamen simplicem differentiam. Nam *Rythmi,* id est, *numeri,* "spatio temporum constant: *Metra* etiam ordine: ideoque alterum esse "quantitatis videtur, alterum qualitatis."—"Sunt et illa discrimina, quod "*rythmis* libera spatia, *metris* finita sunt."

ex quinque pedibus constans, et *Hexametrum*, ex sex: alia vero per *Dipodiam*, i. e. binos pedes, ut Iambica et Trochaica. Hæc dispositio pedum *Syzygia* etiam vocatur.

Duorum pedum conjunctio, qui cum ordinibus haud cohærent, *Basis* dicitur.

E dimensionis terminatione versus est vel *Acatalectus*, vel *Catalectus*, vel *Brachycatalectus*, vel *Hypercatalectus*.

1. *Acatalectus* est cui nihil aut deest aut superest; ut in hoc Iambico,

πάλαι κυνηγετῶντα καὶ μετρούμενον. *Soph. Aj.*
⏑ – | ⏑ – | ⏑ – | ⏑ – | ⏑ – | ⏑ –

2. *Catalectus* est cui deest in fine syllaba; ut in hoc Trochaico,

ὥστ' ἐγὼ μὲν ἠλέησα κἀπομορξάμην ἰδών. *Aristoph. Ach.* 607.
– ⏑ | – ⏑ | – ⏑ | – ⏑ | – ⏑ | – ⏑ | – ⏑ –

3. *Brachycatalectus* est cui totus pes in fine deest; ut,

ἄγ' αὖτ' ἐς οἶκον τὸν Κλεησίππω.
⏑ – | ⏑ – | – – | ⏑ – | – | ⏑ – | ⏑ –

4. *Hypercatalectus* est cui una vel duæ syllabæ supra justam mensuram abundant; ut in hoc Dactylico,

τῶν μεγάλων Δαναῶν. *Soph. Aj.* 244.
– ⏑ ⏑ | – | ⏑ ⏑ |

Ultima syllaba versus communis est nisi in Anapæstico, et in Iambicis et Ionicis a maj. Dimetris.

De Cæsuris.

Cæsura est cum post perfectum pedem superest syllaba vocem finiens.

Cæsuræ species sunt quatuor: 1. *Triemimeris*, cum post primum pedem seu duos semipedes relinquitur syllaba vocem finiens. 2. *Penthemimeris*, cum post duos pedes, seu quatuor semipedes, relinquitur syllaba. 3. *Hephthemimeris*, cum post tres pedes, seu sex semipedes relinquitur syllaba. 4. *Ennemimeris*, cum post quatuor pedes, seu octo semipedes relinquitur syllaba.

I. De Metro Iambico.

⏑ –

¶ 1. *De Iambico Trimetro sive Senario.*

1. Iambicus Trimeter, sex constans pedibus, apud Tragicos scriptores omnibus in locis *Iambum* sumit; qui pes in omni præter ultimum loco in Tribrachyn dissecari potest.

πάλαι κυνηγετῶντα καὶ μετρούμενον. *Soph. Ajax.*
⏑ – | ⏑ – | ⏑ – | ⏑ | – | ⏑ – | ⏑ –

Tribrachys in 1mo,

ἄγετε τὸν ἀορὸν δήποτ' ἐν Τροίᾳ πόδα. *Eurip. Tr.*
⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ – | – | – | ⏑ | – | – – | ⏑ –

2. Idem versus in locis imparibus, scil. 1mo, 3tio, et 5to, Spondæum admittit.

οὕτω δ' ἀμείβει μ' ὥς τε μ' ἄλγησαι φρένας. *Eurip. Or.*
– – | ⏑ – | – | ⏑ | – | – | – | ⏑ –

3. Hunc Spondæum in 1*mo* loco, vel in Dactylum, vel in Anapæstum, Tragici dissecabant; in 3*tio* loco, tantum in Dactylum; in 5*to*, neque in Anapæstum neque Dactylum.

Dactyl. ἐκ ἀριθμὸν ἄλλως ἀλλ' ὑπερτάτης φρυγῶν. *Eurip. Tr.*
– ⏑ ⏑ | ⏑ – | – | – | ⏑ – | – | ⏑ –

4. In quavis senarii sede præter ultimam, Anapæstus proprii nominis usurpatur, istâ lege tamen ut in eadem voce totus contineatur; ut,

ἐμοὶ μὲν ἐδεῖς μῦθος Ἀντιγόνη, φίλων. *Soph. Ant.*
⏑ – | ⏑ – | – | – | ⏑ | – | ⏑ ⏑ – | ⏑ –

5. Senarius duas præcipuas cæsuras habet, *penthemimerim*, et *hephthemimerim*.

6. Rarissime Tragici pedem tertium, integram vocem vel extremam vocis partem faciunt. Nunquam et tertium et quartum in una voce comprehendunt.

7. Rarissime, si unquam, spondæum in quinto loco inter duo verba hypermonosyllaba divisere, dactylum certe in eodem quinto pede nunquam posuere. Vide Porsoni *Præf.* p. 47.

8. Comici autem, qui sermones solutiores imitabantur, leges de Anapæstis et Dactylis sæpe violant; ut,

μετέχειν ἀνάγκη τὸν θερείποντα τῶν κακῶν. *Aristoph. Plut.*
⏑ ⏑ – | ⏑ – | – – | ⏑ ⏑ – | ⏑ – | ⏑ –

ἵνα μὴ διαγιγνώσκοιμι τούτων μηδένα. *Id.*
⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑ – | – – | ⏑ ⏑ – | – | ⏑ –

Anapæstus sæpius in 1*mo*, 2*do*, et 4*to*; rarius in 3*tio loco* invenitur. Dactylus in 1*mo* et 3*tio*; rarius in 5*to*.

Iambici Trimetri apud Tragicos Tabula.

	1.	2.	3.	4.	5.	6.
	⏑ –	⏑ –	⏑ –	⏑ –	⏑ –	⏑ –
	⏑ ⏑ ⏑	⏑ ⏑ ⏑	⏑ ⏑ ⏑	⏑ ⏑ ⏑	⏑ ⏑ ⏑	⏑ –
	– –		– –		– –	⏑ –
	– ⏑ ⏑		– ⏑ ⏑			⏑ –
	⏑ ⏑ –					⏑ –
N. P.	⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	⏑ –

Utriusque cæsuræ locus linea simplici denotatur.

De ceteris Iambicis, vide Prosod. Græc.

II. De Metro Trochaico.

– ⏑

¶ 1. *De Trochaico Tetrametro Catalectico.*

1. Trochaicum Tetrametrum Catalecticum septem pedibus et una syllaba constans, apud Tragicos scriptores, omnibus in

locis Trochæum amat, qui pes ubique in Tribrachyn dissecari potest.

τῶν μακρῶν δ' ἀπαλλαγεῖσα νȣθετημάτων μ' ἐά.
– ⏑| – ⏑| – ⏑| – ⏑| – ⏑| – ⏑| – ⏑|–

Eurip. Phœniss.

2. Idem versus in locis paribus; scil. in 2*do*, 4*to*, et 6*to*, Spondæum etiam admittit, qui pes ubique in Anapæstum dissecatur.

κομπὸς εἶ, σπονδαῖς πεποιθὼς αἵ σε σώζȣσιν θανεῖν. *Id.*
– ⏑| – –| – ⏑| – – || – ⏑| – –| – ⏑| –

3. In omnes sedes, præter 4*tam* et 7*mam*, licet Dactylum proprii nominis recipere: qui tamen vel in eadem voce ante ultimam syllabam totus continendus est, vel ita distribuendus, ut duæ breves syllabæ priorem nominis partem efficiant.

ξύγγονόν τ' ἐμὴν Πυλάδην τε τὸν τάδε ξυνδρῶντά μοι.
– ⏑|– ⏑| – ⏑ ⏑| – ⏑| – ⏑| – –| – ⏑| –

Eurip. Orest.

5. Trochaici Tragici cæsura una est, qua versus post quatuor pedes absolutos ad finem integræ vocis dividitur, quæ nec articulus nec præpositio sit oportet.

τὸν Ἑλένης τίσαντας ὄλεθρον ἥντιν' ἥρπασεν Πάρις.
– ⏑ ⏑|– –| – ⏑ |⏑ ⏑ ⏑ ||– ⏑ |– ⏑| – ⏑|

Eurip. Iph. Aul.

5. In pedibus dissolutis illud unum cavetur, ne Spondeo vel Anapæsto in sexto sede, Tribrachys in septima subjiciatur.

Si ab initio detrahis Creticum vel Pæonem primum sive quartum versus fit Senarius, cui cæsura semper apud Tragicos, sæpe apud Comicos penthemimeris est; sic,

ἡ Σελή|νη δ' ἐκλέλοι|πε τὰς ὁδȣ̀ς· ὁ δ' ἥλιος.

Aristoph. Nub. 580.

6. In Trochaicis Comici nonnunquam cæsuram negligunt, Dactylum non recipiunt nisi in proprio nomine; pedem tribra-

chyn ante syllabam catalecticam admittunt. Sæpe Trochæo et Spondæo ad finem versus invicem utuntur.

Trochaici Tetrametri apud Tragicos Tabula.

	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	
	– ∪	– ∪	– ∪	– ∪	– ∪	– ∪	– ∪	–
	∪ ∪ ∪	∪ ∪ ∪	∪ ∪ ∪	∪ ∪ ∪	∪ ∪ ∪	∪ ∪ ∪	∪ ∪ ∪	–
		– –		– –		– –		–
		∪ ∪ –		∪ ∪ –		∪ ∪ –		–
N. P.	– ∪ ∪	– ∪ ∪	– ∪ ∪		– ∪ ∪	– ∪ ∪		–

Linea simplex locum cæsuræ notat.

De ceteris Trochaicis, vide Prosod. Græc.

III. De Metro Anapæstico.

∪ ∪ –

1. Anapæsticum monometrum, quod etiam basis Anapæstica vocatur, sæpius ex duobus Anapæstis, nonnunquam ex Anapæsto et Spondæo, et versa vice, vel Dactylo et Anapæsto, vel ex duobus Spondæis, constat.

τίς ἐφαμερίων. — *Æschyl.*
∪ ∪ –| ∪ ∪ –

τάδε θωΰσσων. — *Eurip. Hecub.*
∪ ∪ –|– –

λέκτρ᾽ Ἀγαμέμνων. — *Id.*
– ∪ ∪| – –

2. Legitimum Anapæstorum systema ex Dimetris constat, quibus interponitur aliquando Monometer, et semper versu catalectico, qui Paræmiacus dicitur, ex tribus pedibus et syllaba composito, clauditur.

παῖσι δὲ μᾶλλον γεγένηται. — *Æschyl.*
– ∪ ∪| – –| ∪ ∪ –| –

κλάγξω δ᾽ αὖ γόον ἀηδακρυν. — *Id.*
– –| – ∪∪| ∪ ∪ – |∪

In Paræmiaco, qui cantum claudit, catalectica syllaba subjicitur Anapæsto, in strophe et antistrophe.

3. In omnibus locis pro Anapæsto indifferenter Dactylum et Spondæum, rarissime Proceleusmaticum Tragici adhibent: rarius Dactylo Anapæstum subjiciunt. Sic,

νῦν γὰρ ὁ δεινὸς ὁ μέγας ὠμοκρατὴς. *Soph. Aj.* 205.
– ⏑ ⏑| – ⏑ ⏑| ⏑ ⏑ –| ⏑ ⏑ –

ἵζ' Ἀγαμέμνονος ἱκέτις γονάτων. *Eurip. Hecub.* 144.
– ⏑ ⏑|– ⏑⏑|⏑⏑–| ⏑ ⏑ –

ὑπὲρ Ἑλλήνων. *Basis Anapæst.* 138.
⏑ ⏑ – | – –

Τροίας πεδίων ἀπέβησαν. *Paræmiac.*
– – | ⏑ ⏑–|⏑ ⏑ –|

4. Si quando hiatum Tragici relinquant, is fere est vel in vocali longa vel diphthongo, quæ tum necessario corripitur; ut,

μῶσα καὶ ἡμῖν ἢ προσομιλεῖ. *Eurip. Med.* 1081
– ⏑ ⏑|– – |– ⏑ ⏑|– –

ἐ μετακλάομαι ἀλλὰ θανεῖν μοι. *Eurip. Hec.* 214.
– ⏑⏑| –⏑ ⏑|– ⏑ ⏑|– –

5. Metra sive Dipodiæ tum versus maxime numerosos efficiunt cum in integras voces desinunt. Versus paræmiacus sæpe in hexametro Dactylico exit.

Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους.
– –| ⏑ ⏑ –| – –| – –

καὶ παρακόπτει φρένας, ὦ παῖ. *Eurip. Hippol.* 240.
– ⏑ ⏑|– –| ⏑⏑ –|

6. Semper observandum est ultimas versuum syllabas minime pro communibus habitas esse, sed eadem diligentia servatas ac si in mediis versibus reperirentur. Hanc legem συνάφειαν Grammatici dicunt; sic,

εἰς ἀριθμὸν ἐμοὶ καὶ φιλότητα
– –| ⏑ ⏑ –| – ⏑ ⏑|– –

σπεύδων. *Æschyl. Prom.* 191.

1. Anapæsticus Aristophanicus, quod etiam tetrametrum dicitur, duobus dimetris Anapæsticis constat, quorum unus est alteri catalecticus.

ἀλλ' ἤδη χρῆν τι λέγειν ὑμᾶς,—σοφὸν, ὦ νικήσετε τηνδὶ.
– –|– – | ⏑ ⏑ – |– – ⏑ ⏑ – | – –| ⏑ ⏑ –|

Aristoph. Plut. 487.

2. In tribus prioribus locis præter Anapæstum et Spondæum Dactylo utuntur; quod et in *5to* licet; in *4to* et *6to* non licet. Nusquam Aristophanes syllabam catalecticam Spondæo subjicit.

φειδόμενος γὰρ ϗ βȣλόμενος τȣ̃τȣ μηδὲν δαπάνασθαι.
– ⏑ ⏑|– – |– –| ⏑ ⏑ –| – –| – – | ⏑ ⏑ – |

3. Notandum est cæsuram post *4tum* pedem semper inviolatam servari. Cavendum est ne in præpositione vel articulo accidat.

Tetrametri Anapæstici apud Comicos Tabula.

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	
⏑ ⏑ –	⏑ ⏑	⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	–
– –	– –	– –	– –	– –	– –		–
– ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑		– ⏑ ⏑			–

Linea duplex locum cæsuræ notat.

IV. De Metro Dactylico.

– ⏑ ⏑

*De Dactylico Hexametro.**

1. Dactyl. hexam. ex sex dactylis constat, quorum loca præsertim in *2do, 4to,* et *6to* pedibus, Spondæi etiam indifferenter occupant.

2. In heroico hexametro pes *5tus* sæpius Dactylus est, sextus Spondæus semper.

* Vide Observations on the Versification of Homer, Part 2.

3. Cæsura, quæ est in prima *3tii* pedis syllaba, sive Penthemimeris, Homero et antiquis Epicis maxime placebat; ut,

μηνίν ἄειδε, Θεὰ, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος. *Il. ά.* 1.
– ⏑ ⏑| – ⏑ ⏑| – || –| –⏑⏑| — ⏑ ⏑| —

4. Sæpe etiam cæsura Hephthemimeris est, et nonnunquam ambæ eodem versu inveniuntur; sic,

αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς. *Il. ά.* 51.
– ⏑ ⏑| – –| – ⏑ ⏑| – ||⏑ ⏑| – ⏑ ⏑| –

εἰ δὴ ὁμῶ πόλεμος τε δαμᾶ καὶ λοιμὸς Ἀχαιούς. 62.
– ⏑ ⏑| – ⏑ ⏑| – || ⏑ ⏑| – –| – ⏑ ⏑| – –

5. In cæsuræ *3tii* pedis loco sæpe Trochæus, vel ex integra voce, vel ultimis syllabis, admittitur; raro in *4ti*; sic,

ἄνδρα μοι ἔννεπε Μῶσα πολύτροπον. *Odyss.*
– ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑| – ⏑|| ⏑

αὖτις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής. *Id.*
– ⏑ ⏑| – ⏑ ⏑| – ⏑|| ⏑| – ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑| – –

REGULÆ DE HEXAMETRO HEROICO.

1. Vocalis longa aut Diphthongus in fine vocis, ante aliam vocalem vel Diphthongum, semper brevis est, nisi in Cæsuris, quæ corripi nequeunt.

2. Vocalis longa aut Diphthongus, initio vel media vocis, ante aliam vocalem vel Diphthongum semper longa habenda est.

3. Vocalis longa aut Diphthongus, ante vocalem brevem, quæ elisionem ante aliam vocalem, initio vocis sequentis, patitur, manet longa ante illam vocalem.

4. Vocalis, natura brevis, sæpe primam pedis partem et initio et media vocis occupat, atque, ex ictu metrico, qui semper in primam pedis syllabam cadere debet, quique tonum dat, semper producitur.

5. Cum Cæsura in syllabam natura brevem incidit, illam, eadem de causa, producit.

6. Conjunctio καὶ, ante vocalem vel diphthongum, nunquam prima esse pedis syllaba debet.

Pentameter invicem cum hexametro in Elegiacis admiscetur; ut in Eurip. Androm. 103. Ubi observandum est primum pedem semper Dactylum; 2dum, vel Dactylum vel Spondæum; deinde sequi cæsuram; postremo duos Dactylos cum cæsura; sic,

Ἰλιω αἰπεινᾷ Πάρις ἐς γάμον ἀλλά τιν' ἄταν
– ⏑|– –|– ⏑⏑|– ⏑ ⏑|– ⏑ ⏑|– –

ἠγάγετ' εὐναίαν εἰς θαλάμους Ἑλένην.
– ⏑ ⏑|– –|– ||– ⏑ ⏑|– ⏑ ⏑|–

De reliquis metris consule *Prosod. Græc.*

DE ACCENTIBUS,

ACCENTUS sunt tres: *Acutus, Gravis, Circumflexus.*

I. *Regulæ quædam Generales.*

1. ACCENTUS tantum in tribus ultimis syllabis imponitur.
2. Nunquam duæ syllabæ longæ accentum sequuntur.
3. Acutus in tribus ultimis syllabis imponi potest; Si in ultima, *Oxytonus* vocatur; ut τιμή; Si in penultima, *Paroxytonus;* ut λόγος; Si in antepenultima, *Proparoxytonus;* ut ἄνθρωπος.
4. Circumflexus in ultima vocatur *Perispomenus,* ut ποιῶ. in penultima, *Properisp.* ut σῶμα.
5. Gravis in ultima tantum ponitur, et vocatur Barytonus; Nunquam tamen in usu est nisi in orationis contextu, ubi acutus vertitur in gravem; Sic, ἀγαθὸς ἀνήρ ἐστι κοινὸν ἀγαθὸν.

II. *Regulæ Speciales.*

1. Si ultima sit longa, acutus plerumque erit in penultima; ut ἀνθρώπου.
2. Si sit brevis, accentus plerumque in antepenultima imponitur; sic ἔτυπτον.
3. Circumflexus nunquam in antepenultima ponitur. Imponitur tantum in syllaba naturâ longa; Nunquam in penultima nisi ultima brevis sit naturâ. Quæ enim syllaba positione sit longa, in accentuum ratione pro brevi habetur.
4. Accentus primarii verbi manet immutatus in declinationibus et conjugationibus; etiamque in derivativis nisi aliquæ ex regulis sequentibus obstent.

Regulæ.

1. *Monosyllaba*, si contrahantur vel longa sint naturâ, circumflectuntur, sic νοῦς pro νόος; ναῦς; φῶς. Si sint brevia vel longa sine contractione acuuntur; sic, ὄς· πούς; ἅλς.
2. *Monosyllaba* tertiæ declinationis finalem syllabam Genitivi et Dativi, si longa sit natura, circumflectunt;* si non, acuunt. sic χεὶρ, χειρὸς, χειρὶ. Dual. χειροῖν. Pl. χειρῶν, χερσὶ.
   In cæteris casibus penultima circumflectitur si sit naturâ longa. sic χεῖρα. Dual. χεῖρε. Plur. χεῖρες, χεῖρας.
3. *Dissyllaba* priorem syllabam acuunt si utraque sit vel longa vel brevis; aut si prior brevis, posterior longa sit; sic μούσης; λόγος; λόγου.
   Sin prior est longa, posterior brevis, priorem circumflectunt; sic μοῦσα: αὖλαξ.†
4. 1. *Polysyllaba* antepenultimam acuunt si ultima syllaba brevis est; 2. Penultimam acuunt si ultima est longa. sic, 1. ἄνθρωπος; 2. ἀνθρώπου.

Exceptiones ad primam de Polysyllabis.

1. Participia ‡ præteriti passivi penultimam acuunt, ut τετυμμένος.
2. Verbalia in έος, έα, έον; sic γραπτέος, &c.
3. Acutus recti casus imparisyllabicorum transit in penultimam‖; sic λαμπὰς, λαμπάδος. τυπεὶς, τυπέντος.
4. Diminutiva in ίσκος, ίλος et ίον; sic νεανίσκος, *adolescentulus*. ναυτίλος, *nautilus*. παιδίον, *puerulus*.
5. Quædam nominà et Derivativa; sic παρθένος. ὀλίγος. μεγάλος. ἐναντίος. οὐρανόθεν.

---

* Excipe Genitivos παίδων. Τρώων. πάντων. δάδων. δμώων. θώων. ὤτων. φώτων, *luminum*.

† Posterior longa tantum positione.

‡ Nisi per Aphæresin formantur. ut δέγμενος pro δεδεγμένος.

‖ Nisi in γυναικὸς, οὐδενὸς. Sin penultima nominativi sit longa naturâ, circumflectitur in obliquis, quoties ultima erit aut brevis aut anceps; sic, σωτὴρ, σωτῆρος, &c.

6. Dorici et Ionici infinitivi; sic ἀείδεν pro ἀείδειν; τραφέμεν pro τραφεῖν.

7. Composita ex βάλλω, πολέω, χέω, haud cum præpositione. sic ἐκηβόλος.

8. Composita ex τίκτω, *pario*. κτείνω, *occido*. τρέφω, *alo*, cum nomine juncta, si transitivè sumuntur. sic πρωτοτόκος, *quæ primum peperit*. μητροκτόνος, *matricida*. λαοτρόφος, *qui populum alit*.

9. Composita ex Perfecto Medio cum nomine vel adjectivo juncta; sic, θεολόγος, *Theologus*. οἰκονόμος, *administrator domus*. παμφάγος, *qui omnia devorat*.

Exceptiones ad Secundam.

1. Casus Attici et Ionici; sic, Μενέλεως. ὄφεως. εὔγεως.

2. Diphthongi αι et οι finales, pro brevibus habentur, nisi in optativis; sic ἄνθρωποι, τύπτομαι. Optat. ποιήσαι. τετύφοι.

3. Infinitivus Perfecti omnium vocum; sic τετυφέναι, τετυτέναι. τετύφθαι. Infinitivus etiam Aoristi primi Activæ et Aoristi Secundi Mediæ; sic φυλάξαι. τραπέσθαι; Necnon præsentis verborum in μι; sic ἱστάναι. Verum, si penultima sit longa naturâ, circumflectitur; sic πεφιλῆσθαι.

Genitivus pluralis 1*mæ* declinationis ultimam syllabam circumflectit. sic μουσῶν.

Excipe Adjectiva quorum genus masculinum est 2*dæ*; sic, ἅγιος, g. ἁγίων. ἁγία, g. ἁγίων.

Si acutus sit in ultima syllaba 1*mæ* et 2*dæ* declinationis, Genitivus et Dativus omnium numerorum circumflectuntur; Ceteri autem casus acuuntur; sic, Sing. τιμὴ, τιμῆς, τιμῇ, τιμὴν. Dual. τιμὰ, τιμαῖν. pl. τιμαὶ, τιμῶν, τιμαῖς, τιμὰς. Sing. θεὸς, θεοῦ, θεῷ, &c.

Licet nominativus singularis circumflectatur, nominativus et accusativus dualis nunquam; sic νοῦς. τὼ νὼ. ὀστοῦν. τὼ ὀστώ.

Nomina tertiæ contractorum accentum in ultima habent; sic Λητὼ. αἰδὼς. βασιλεὺς. Τυδεὺς.

Vocativus in ευ et οι circumflectitur; sic ὦ βασιλεῦ. ὦ Λητοῖ.

De Accentibus Verborum.

1. Omnis Imperativus antepenultimam acuit si eam habet; ut παράμενε. si non, penultimam; sic μένε.
   Excipe Imperativos ἐλθὲ, εἰπὲ, εὑρὲ, ἰδὲ et λαβὲ, qui accentum habent in ultimis, ut distinguatur a 3. sing. Aoristi Secundi Indicativi.
2. Futurum Secundum Activæ et Mediæ, etiamque Futurum primum liquidorum, utpote ex contractis conflata, circumflectunt syllabam contractam; sic τυπῷ pro τυπέω. τυποῦμαι pro τυπέομαι. στελῶ pro στελέω, &c.
3. Infinitivus Aoristi Imi et 2di Passivæ circumflectitur. sic τυφθῆναι. τυπῆναι.
4. Subjunctivus utriusque in singulari ultimam circumflectit; sic τυφθῶ. τυπῶ. In duali et plurali, penultimam; sic, τυφθῆτον, &c.
5. Participia Aoristi Secundi Activæ atque præteritorum in ὼς, et ea quæ in ὶς quoque desinunt, in ultima accentum habent; sic τυπὼν. τετυπὼς. τυφθεὶς. τυπεὶς.

De Accentibus Contractorum.

1. In contractione circumflexus fit ex acuto et gravi; sic βοάετε, βοᾶτε. (Excipe Λητόα, Λητώ.)
2. Acutus ex gravi et acuto; sic βοάετω, βοάτω.

De Accentibus Pronominum.

Acutus in ultima recti manet in Dativo et Accusativo singulari; sic ἐγὼ, ἐμοὶ, ἐμὲ. In Genitivo sing. cæterisque casibus pluralis mutatur in circumflexum. sic ἐμοῦ. ἡμεῖς. In duali retrahitur; sic νῶι. σφῶι.

De Accentibus Præpositionum.

Præpositiones post suos casus positæ accentum retrahunt; sic θεοῦ ἄπο.

Excipe ἀνὰ et διὰ, ut distinguantur ab ἄνα, *O rex:* et Δία, *Jovem.*

Adverbia accentus primitivorum suorum servant.

De Accentibus Conjunctionum.

Conjunctio ἄρα, cum interrogativa sit, penultimam circumflectit: Sin illativa, eam acuit; ut ἄρα, *igitur.*

Sequentia nullo accentu notantur, ideoque Atonica vocantur: scil. ὁ, ἡ, οἱ, εἰ, εἰς, ἐν, ἐκ vel ἐξ, οὐ, οὐκ vel οὐχ, ὡς. Verum cum sententiam claudant, vel suo substantivo postponantur, accentum recipiunt: sic κακῶν ἔξ. θεὸς ὥς.

ENCLITICÆ DICTIONES.

Encliticæ Dictiones sunt, 1. Articuli τοῦ, τεῦ, τῷ, pro indefinito τινὸς, τινὶ.

2. Pronominum: μοῦ, μεῦ, μοὶ, μὲ: σοῦ, σεῦ, σοὶ, σὲ: οὗ, οἷ, ἕ; μίν, σφὲ, σφίν; σφωὲ, σφίσι, σφέας; τις, τὶ.

3. Verborum: εἰμὶ et φημὶ præsentis indicativi; 2da singularis excepta.

4. Adverbiorum: πῇ, ποῦ, πῶ, πῶς, ποθὲν, ποθὲ, ποτὲ: nisi cum interrogativa sint.

5. Conjunctionum, γὲ, τὲ, κὲ, κὲν, θὴν, νὺ, νὺν, ῥά, τοί.

Hæ encliticæ accentum suum in ultimam præcedentis vocis syllabam rejiciunt, eamque acuunt si antepenultima acuitur, vel penultima circumflectitur; sic ἤκουσά τινος. ἦλθέ μοι.

Accentum proprium retinent, primæ in sententia positæ: sic σὲ τὸν.

Pronomina accentum suum servant post præpositiones, et ἕνεκα vel ἤ. sic διὰ σέ.

Monosyllabæ encliticæ accentum perdunt cum præcedens verbum vel acuitur in penultima; ut λόγος μου; vel circumflectitur in ultima; ut ὁρᾶ σε; vel acuitur in eadem; ut ἀνήρ τις. Dissyllaba autem accentum suum retinent; sic λόγος ἐστὶ.

Ἐστὶ.

1. Ἐστὶ primum acuit quoties sententiam inchoat vel postponitur ἀλλ', εἰ, καὶ, οὐκ, ὡς, τοῦτ': sic ἔστι μὲν. οὐκ ἔστι.
2. Perdit accentum cum Oxytonum sequitur, vel verbum in ultima circumflectum; sic καλός ἐστι. Ἑρμῆς ἐστι.
3. Retinet accentum cum præcedens verbum acuitur in penultima vel circumflectitur, cujus ultima positione longa est; sic μάντις ἐστὶ. λόγος ἐστὶ. φοῖνιξ ἐστὶ.
4. Accentum in ultimam præcedentis retrahit siquando in penultima circumflectitur, ultima brevi existente; ut φαῦλός ἐστι; vel si acuitur in antepenultima; ut ἄνθρωπός ἐστι.
5. Composita accentum retrahunt; sic πάρειμι, &c.

DE DIALECTIS.

Lingua Graeca, quæ primo fortasse una eademque erat, postea in quatuor præcipue Dialectos abiit, scil. *Æolicam*, quæ prisca fuisse videtur: *Doricam* ei proximam: *Ionicam* et *Atticam*. Hæ omnes aliquid inter sese affinitatis et similitudinis, utpote ex una paululum vel longius profluentes, habent. Sed progressu temporis, cultus et studia quorundam populorum, regiones quas incolebant, status reipublicæ, commercium cum finitimis gentibus institutum, aliæque causæ quas longum esset enumerare, quasdam præ cæteris expoliverunt, et complures mutationes effecerunt.* Proprietates singularam præcipuas hic proponere visum est: nam immensi laboris opus esset, nec multum junioribus utilitatis comparans, omnes quascunque recensere.

I. DE DIALECTO ATTICA.†

Dialectus Attica in *priscam*, *mediam* et *novam* dividi solet, prout mutationes quas olim subibat. Scriptores, qui Prisca

---

* Verisimile est singulas Dialectorum diversis temporibus præ ceteris viguisse. Æolica et prisca Dorica, quæ pene eadem primis originibus existimari potuerunt, haud multis ante Homerum annis floruisse videntur. Sub ejus ætatem Ionica primum locum occupare incipiebat, quem tandem attigit tempore Herodoti, cujus Historia haud tantas laudes, Olympiacis ludis, consecuta esse potuit, nisi Ionica Dialectus tunc maxime valebat. Attica denique, magna ex parte ex ea progressa, indolem propriam recepit, et tandem communis Græcorum lingua evasit.

† Multa quæ ad Dialectum Atticam pertinent jam supra sparsim notata sunt.

uti principes dicebantur, sunt SOLON, THUCYDIDES, TRAGICI et VETERES COMICI; Qui Media, sunt LYSIAS et ARISTOPHANES; Qui Nova, sunt XENOPHON, PLATO, ARISTOTELES, ÆSCHINES, DEMOSTHENES, ISOCRATES ALIIque ORATORES, MENANDER et SERIORES COMICI.

1. Attica Dialectus contractionibus imprimis gaudet.

2. Scriptores Novæ σσ in ττ mutabant; sic θαλάττα pro θαλάσσα; et σ in ρ; ut ἄῤῥην pro ἄρσην.

3. In *nominibus* Attici interdum mutant ο secundæ declinationis, in ω; sic λεὼς pro λαός, *populus*. Sic etiam Ionici quanquam rarius. δὴν δ' ἄνεῳ ἦσαν. Hom. *ι*. 30.

4. Attici sæpe vocativum, tam in substantivis quam adjectivis, eundem ac nominativum reddunt; sic, ὦ πόλις. δυστυχὴς γέρον. Et adjectiva dissyllaba interdum per commune genus in ος absque feminino flectunt; sic, ὦ μῶρος, *O stulta!*

5. In 3tia Declinatione genitivus in εος nonnunquam in εως mutatur; sic βασιλέως. Et apud Scriptores veteres nominativus pluralis ex ευς singularis habet ῆς pro εῖς; sic ἱππῆς Accusativus interdum ας pro contractione; ut τροφᾶς pro τροφεῖς.

6. Cum nominativus in ης purum exit, accusativus in α desinit; sic ὑγία pro ὑγίη, ab ὑγίης. Nominativus pluralis neutr. adjectivorum in υς haud contrahitur; sic ἡδέα. δριμέα.

7. Comici et soluti Scriptores sæpe paragogen ι pronominibus et Adverbiis subjiciunt; sic οὑτοσὶ, τούτουϊ. ὁδὶ pro ὅδε, &c.

IN VERBIS.

1. In *Verbis* concursus vocalium contrahitur; sic, φιλέω, φιλῶ, &c. τύπτεσαι, 2dae singul. Mediæ, Ionicè, τύπτεαι; Atticè, τύπτει vel τύπτῃ, &c.

2. Attici Doricam contractionem quatuor verborum in αω servant; sic ζάω, *vivo*. ζάεις, c. ζῇς, &c. sic etiam διψάω, *sitio*. πεινάω, *esurio*. χράομαι, *utor*.

3. Communiter cum Ionicis Scriptoribus mutant έτωσαν, 3. plur. imperativi in όντων; et άτωσαν, Aoristi I. in άντων; sic τυπ-

τόντων pro τυπτέτωσαν. ἐρυκόντων ἐπὶ τάφρῳ, Il. μ'. 76. τυψάντων pro τυψάτωσαν. οἱ δὲ σιωπῇ οἶνον πινόντων Odyss. ά. 34.

4. Interdum ἐ *Augmento* quorundam verborum præponunt: sic ἑώραον pro ὥραον. ἑώρακα pro ὥρακα, verbi ὁράω. ἔοικα pro οἶκα, verbi εἴκω.

5. Nonnunquam ε in η et η in εα resolvunt; sic ἤθελον pro ἔθελον. ἔαξα pro ἦξα, *fregi*.

6. In *Imperfectis* quorundam verborum initialem consonantem cum augmento reduplicant; sic, ἤγαγον pro ἦγον. ἠγαγόμην pro ἠγόμην.

7. Æolicam paragogen θα 2dæ singul. quorundam verborum subjiciunt; sic ἐφήσθα. ἦσθα. οἴσθα. ἐθελῆσθα.

Futurum I.

1. Attici sæpe futurum 1. verborum in ίζω per ιῶ formant; sic βαδίζω, 1 f. βαδιῶ, εῖς, εῖ. mediæ βαδιοῦμαι, &c.

2. Sæpe etiam σ futuri in ασω et εσω primum elidebant, deinde concursum vocalium contrahebant; sic ἐξελάω, 1 f. ἐξελάσω, Ionicè ἐξελάω, Attice ἐξελῶ, ᾷς, ᾷ. καλέω, 1 f. καλέσω, καλέω, καλῶ.

Aoristus I.

1. Aoristus 1. paucorum formabatur Attice per syncopen et Metathesin; sic γαμέω, 1 aor. ἐγάμησω, Attice ἔγημα. χέω, 1 a. ἔχευσα, per syncop. ἔχεα. α liquidorum sæpe mutatur in η; sic σημαίνω, 1 aor. ἐσήμανα, Attice ἐσήμηνα.

3. Sæpe optativum eodem modo quo Æolici et Ionici flectunt; sic πράξεια, ειας, ειε, &c.

Perfectum Act. Med. et Pass.

1. In quibusdam verbis Attici duas priores literas præsentis reduplicant; sic ὀλέω, p. ὤλεκα, Attice ὀλώλεκα, ὤλα, p. m. ὄλωλα. ἀγείρω, p. ἤγερκα; Attice ἀγήγερκα. ἤγερμαι p. pass. ἀγήγερμαι.

2. Λε et με sæpe mutant in ει; sic εἴληφα pro λέληφα, verbi λαμβάνω. εἴμαρμαι pro μέμαρμαι, verbi μείρω.

3. Nonnunquam ο pro ε adhibent; sic πέπομφα pro πέπεμφα; et in perfecto verbi εἰσάγω præter reduplicationem, ο insuitur; sic εἰσαγήοχα.

4. Sæpe 3tiam pluralem perfecti per syncopen; interdum insuper etiam per contractionem; sic τεθνᾶσι pro τεθνήκασι. ἑστὼς per contract. pro ἑσταώς, et inde per syncopen pro ἑστακὼς.

Plusquamperfectum.

1. Primam et tertiam plusquamperfecti, verbi εἰδέω *scio*, Poetæ contrahere solebant ex Ionicis terminationibus; sic ᾔδη pro ᾔδεα; ᾔδει vel ᾔδειν pro ᾔδεε. et pro ᾔδειμεν, ᾔδειτε, ᾔδεισαν vel ᾔδεσαν, Attici contractè efferebant ᾖσμεν, ᾖστε, ᾖσαν. Vide Porsoni Hecub. 1094. Pierson. ad Mœr in 174. et Addend.

2. Pro terminatione εισαν 3 plur. usurpare solebant εσαν; sic ᾔδεσαν pro ᾔδεισαν.

Optativus Verborum Contract.

1. Pro τιμᾷμι &c. Attici sæpius efferebant τιμῴην, ῴης, ῴη, &c. pro φιλέοιμι contractè φιλοῖμι, &c. nonnunquam φιλοίην, οίης, οίη, &c. pro δηλοῖμι interdum δηλοίην, οίης, οίη, &c. nonnunquam etiam δηλῴην, ῴης, ῴη recipiebant.

2. Pro εἴημεν, εἴητε, εἴησαν, sæpius adhibebant εἶμεν, εἶτε, εἶεν; et οἶεν pro οἴησαν.

II. DE DIALECTO IONICA.

1. *Dialectus Ionica* concursu et resolutione vocalium gaudet; sic ἑωϋτέω pro ἑαυτοῦ. ἠελίοιο pro ἡλίου.

2. Sæpe mutat α et ε in η, interdum ε in α; ο in ου; ε in ει; sic πρῆγμα pro πρᾶγμα. τάμνω pro τέμνω. νοῦσος pro νόσος. ἀκλείης pro ἀκλεής. τεῦ usurpatur pro τοῦ; μεῦ pro μοῦ.

3. Diphthongum ου genitivi 2dæ declinationis mutat in οιο; sic λόγοιο pro λόγου; ει in ηϊ et αυ in ωϋ: sic κλεῖς, κλῃΐς. θαῦμα, θώϋμα. τώϋτο pro τὸ αὐτὸ, &c.

4. Ante ων genitivi plural. et σι dativi plur. inserit ε. sic ποιητέων pro ποιητῶν. πυλέων pro πύλων. ἐπεέσι pro ἔπεσι.

5. Sæpe paragoge φι vel φιν subjicitur nominativo et dativo singulari; sic Ἐρέβεενσφιν. στήθεσφιν. Vide Il. ξ'. 150. ὄχεσφι. βίηφι, &c.

6. Terminatio ία 1mæ declinationis mutatur in ιη; ου genitivi in εω; sic φιλίη pro φιλία. Ἀτρειδέω pro Ατρειδου; αις dativi in αισι, ῃσι et ῃς; sic τίμῃσι pro τιμαῖς; ην accusativi sing. in εα; sic δεσπότεα pro δεσπότην; et ας plur. in εας; sic, δεσπότεας.

7. Genitivus in εος 3tiæ mutatur in ηος; sic βασιλῆος pro βασίλεος. Quæ habent ις nominativi plerumque retinent ι in genitivo; sic πόλις, g. πόλιος.

8. Accusativus contractorum in ω et ως mutatur in ουν, sic αἰδοῦν pro αἰδόα.

In Verbis.

1. Augmentum sæpe omittitur; sic βῆ pro ἔβη. In quibusdam consonans initialis reduplicatur; ut κέκαμον pro ἔκαμον.

2. Terminatio et Imperfecti et Aoristorum sæpe fit per σκον, fortasse ex verbis in σκω; sic, τύπτεσκον idem quod ἔτυπτον; τυψασκάμην idem quod ἐτυψάμην.

3. Terminatio σι sæpe 3tiæ sing. subjunctivi subjicitur; sic τύπτῃσι pro τύπτῃ.

4. Tertia pluralis Passivæ sæpe formatur in ται, ἔται et ατο; sic τυπτέται pro τύπτονται; προτιθέται pro προτίθενται. ἔατο pro ῆντο.—In perfecto τετύφαται adhibetur pro τετυμμένοι εἰσὶ. πεφράδαται pro πεφραμμένοι εἰσι. κατεστρώφατο plusquam. pro κατεστραμμένοι ἦσαν. ἀπίκατο pro ἀφιγμένοι ἦσαν.

5. Tenuis sæpe retinetur ante vocalem aspiratam sić κατίσταται pro καθίσταται.

6. Ionici sæpe mutant ῶ, contractam pro αο, in εο; sic ὀρέοντες pro ὁρῶντες; et pro ου ex εο, in quibusdam verbis, habent

ευ ; sic καλευμένης. Herodot. δικαίευσι pro δικαίουσι, ποίευσι, &c.

7. Sæpe κ pro π usurpant ; sic κοῦ pro ποῦ.

III. DE DIALECTO DORICA.

1. Dialectus Dorica præ ceteris α gaudet, quæ sæpe pro ε, η, ο, ω et ου usurpatur ; sic τράφω pro τρέφω, ἀδὺ pro ἡδὺ πρᾶτον pro πρῶτον, &c. ω etiam usurpatur pro ο, et ου pro ο, more Ionico ; sic ὄρεος pro ὄρεος. μούνη pro μόνη.
2. Sæpe σδ pro ζ habet ; sic ὄσδω pro ὄζω. et κ pro ρ ; sic μίκκος pro μίκρος.

In Substantivis.

3. Sæpe habet ας pro ης 1mæ declinationis, et α pro η ; sic Ἑρμᾶς pro Ἑρμῆς. φωνὰ pro φωνὴ. Genitivus in ου ejusdem mutatur in α, pluralis in ᾶν ; sic ὀρεσιβάτα pro ὀρεσιβάτου, τᾶν νυμφᾶν pro τῶν νυμφῶν. Diphthongus ου in ω ; sic Μώσας pro Μούσας.
4. In 2da decl. ω sæpe in usum venit pro ου, nonnunquam οιο Ionico more ; sic ποταμοῖο Ἀνάπω. ος et ως pro ους accusativi plur. ; sic θέος pro θέους. ἀνθρώπως pro ἀνθρώπους.
5. In 3tia decl. ευς tenet locum εος genitivi ; sic χείλευς pro χείλεος. et τος pro δος usurpatur ; sic θέμιτος.
6. Dativus pluralis 1mæ, 2dæ, et 3tiæ declin. sæpe formatur Ionico more ; sic θύρῃσι pro θύραις. πολλαῖσιν pro πολλαῖς. τριόδοισι pro τριόδοις ; πάντεσσι pro πᾶσι.
7. Dorica Dialectus habet τῆνος pro ἐκεινος. ποτὶ pro πρὸς. ποτόσδω pro προσόζω. ὄκα pro ὅτε. πόκα pro πότε, &c.

In Verbis.

1. Sæpe mutat λ Media in voce in ν ; sic ἦνθον pro ἦλθον ; terminationes εις et ει præsentis in ες et ε. sic τύπτες, τύπτε, pro τύπτεις, τύπτει ; ομεν etiam primæ et ουσι tertiæ pluralis in ομες et οντι ; sic λέγομες pro λέγομεν ; λέγοντι pro λέγουσι. Mutat etiam ου ex contractione εο in ευ ; sic βομβεῦντι pro βομβοῦσι. εἴλευ pro εἵλου. σιγᾶντι pro σιγᾶσι 3tiæ plur. ᾠδήκαντι pro ᾠδήκασι.

2. Infinitivus sæpe in μεν et μεναι, nonnunquam etiam in εν desinit: sic τύπτεμεν, τυπτέμεναι * et τύπτεν.

3. Infinitivus verborum in εω sæpe exit in ῆν, more Æolico: sic κατοικῆν pro κατοικεῖν. εὑρῆν pro εὑρεῖν.

4. Participium feminini generis sæpe formatur in οισα, sæpius, more Æolico, in ευσα, interdum etiam in ωσα; sic τεύχοισα pro τεύχουσα. γελεῦσα pro γελάουσα, contr. γελῶσα. τύπτωσα pro τύπτουσα; Et in genere masculino et neutro ευ pro εο sæpe in usum venit; sic εὖντα pro ἔοντα. φωνεῦντα τέκνα pro φωνέοντα, &c.

5. Participium 1 Aoristi sæpe sic se habet, τύψαις, αισα, αιν pro τύψας, ασα, αν.

6. In voce Passiva 1ma dualis et pluralis sæpe exit in εσθον et εσθα; sic τυπτόμεσθον pro τυπτόμεθον; τυπτόμεσθα pro τυπτόμεθα.

7. Futurum 1. Med. sæpe diphthongum εῦ pro ο et οῦ recipit; sic βασεῦμαι pro βήσομαι. ἀλεῦμαι pro ἀλοῦμαι.

IV. DE DIALECTO ÆOLICA.

Æolica Dialectus plerumque Doricæ similis est; namque ex primordio utraque minus mutationibus opportuna fuit.

1. In quibusdam nominibus 1mæ declinat. ut supra memoratum est, α pro ης adhibet; sic ἱππότα pro ἱππότης.

2. Genitivus ex ης nominativi sæpissime exit in αο; sic Ατρείδαο pro Ατρείδου. Pro ου genitivi 2dæ habet, cum Dorica, ω; sic ἀθανάτω, προσώπω, pro ἀθανάτου, προσώπου. Delet ι dativi.

3. Mutat ων genitivi plur. in αων, et ας accusativi in αἷς, sic μουσάων pro μουσῶν. μούσαἷς pro μούσας.

4. Spiritum asperum effugit; sic ἤμερα pro ἥμερα. et omnes diphthongos solutas reddit; sic παἷς pro παῖς.

---

* Τυπτέμεναι est primigenia forma, unde per apocopen τύπτεμεν, deinde μ eliso τύπτεεν, contractè τύπτειν.

5. Ponit θα pro θεν; sic ὄπισθα pro ὄπισθεν.
6. In 3tia declin. mutat οα accusativi, ex ω vel ως, in ῶν; sic αἰδῶν pro αἴδοα.

In Verbis.

1. Terminationibus 2dæ conjugationis gaudet; sic κάλημι pro καλέω; πείθημι pro πείθω.
2. Subjicit θα 2dæ sing. quorundam verborum; sic οἶδασθα per syncopen οἶσθα. ἦσθα pro ἦς, &c.
3. Pro terminatione ον 3tiæ plur. adhibet οσαν; sic ἐτύπτοσαν pro ἔσυπτον.
4. Infinitivi terminationes ᾶν et οῦν mutat in αῖς et οῖς; sic γελαῖς pro γελᾶν. δηλοῖς pro δηλοῦν; et ειν in ῆν, sic τυπτῆν pro τύπτειν.
5. Accentum Æoles retrahunt; sic κάλος pro καλὸς.

VERBORUM PARADIGMATA,

TEMPORA, EX VARIIS PRÆSENTIS FORMIS DEDUCTA, EXHIBENTIA.

CONJUGATIO PRIMA.

VOX ACTIVA.

τύπ-ω—Anglicè, *I strike.*

RÆSENTIS riæ formæ.	IMPERF.	FUTUR.	AORIST.	PERFECT.	PLUSQ.-PERF.
τύπ-ω.	ἔ-τυπτον.	τύπ-σω. } τύψω. }	ἔ-τυπ-σα. } ἔ-τυψα. }	τε-τύπ-εα. } τέ-τυπ-α. }	ἐ-τε-τυπ-ήειν. } ἐ-τε-τύπ-ειν. }
τυπ-έω.	.....	τυπ-έσω. } Ion. τυπ-έω. } Att. τυπ-ῶ. }	.....	τε-τύπ-εFα. } τέ-τυπ-Fα. } τέ-τυφα. }	ἐ-τε-τυπ-ήFειν. } ἐ-τε-τύπ-Fειν } ἐ-τε-τύφ-ειν. }
τύπ-τω.	ἔ-τυπ-τ-ον.	.....	.....	.....	.....
τυπ-τέω.	.....	τυπ-τ-ήσω.*	.....	.....	.....

* Vide Aristoph. Nub. 1445, et Plut. 21.

VOX MEDIA et PASSIVA.

τύπ-ο-μαι—Anglicè, *I strike myself*, or *am struck.*

RÆSENTIS riæ formæ.	IMPERF.	FUTUR.	AORIST.	PERFECT.	PLUSQ.-PERF.
τ-ο-μαι.	ἐ-τυπ-ό-μην.	τύπ-σο-μαι. } τύψομαι. }	ἐ-τυπ-σά-μην. } ἐτυψάμην. }	τε-τύφα-μαι. } τέ-τυφ-μαι. } τέ-τυμμαι. }	ἐ-τε-τύφα-μην. } ἐ-τε-τύμ-μην. }
τ-έο-μαι.	.....	τυπ-έσο-μαι. } τυπ-ήσομαι. }	.....	.....	.....
		τυπ-ήσο-μαι. } Ion. τυπ-έο-μαι. } Att. τυπ-ῶ-μαι. }	.....	.....	.....
π-το-μαι.	ἐ-τυπ-τό-μην.	.....	.....	.....	.....
π-τ-έο-μαι.	.....	τυπ-τήσο-μαι.	.....	.....	.....
φ-θέο-μαι.	.....	τυφ-θήσο-μαι.	.....	.....	.....

* Vide Aristoph. Nub. 1579.

CONJUGATIO SECUNDA.

VOX ACTIVA.

PRÆSENTIS Variæ formæ.	IMPERFECT.
τυπ-έεμι, τύπ-ημι.	ἐ-τύπ-ην.
τυφ-θέ-εμι, τύφ-θημι.	ἐ-τύφ-θην.
στά-εμι, στήμι.	ἔ-στ-ην.
ἱ-στά-ε-μι, ἵστη-μι.	ἵ-στ-ην.
θέ-εμι, θή-μι.	ἔ-θην.
τι-θέ-εμι, τί-θη-μι.	ἐτί-θην.
δό-εμι, δώ-μι.	ἔ-δων.
δι-δό-εμι, δί-δω-μι.	ἐ-δί-δων.
δεικνύ-εμι, δείκνυ-μι.	ἔ-δεικν-υν.

VOX MEDIA et PASSIVA.

PRÆSENTIS.	IMPERFECT.
στά-εμαι, στά-μαι. } ἱστά-εμαι ἵστα-μαι. }	ἐ-στά-μην. } ἱ-στά-μην. }
θέ-εμαι, θέ-μαι. } τι-θέ-εμαι, τί-θε-μαι. }	ἐ-θέ-μην. } ἐ-τι-θέ-μην. }
δό-εμαι, δό-μαι. } δι-δό-εμαι, δί-δομαι. }	ἐ-δό-μην. } ἐ-δι-δό-μην. }
δεικνύ-εμαι, δείκνυ-μαι.	ἐ-δεικνύ-μην.

Cetera tempora hujus Conjugationis formantur à verbis puris in ω.

CONJUGATIO PRIMA.

VOX ACTIVA.

στέλλω, mitto.

PRÆSENTIS Variæ formæ.	IMPERF.	FUT.	AORIST.	PERF.	PLUSQUAM
στέλλ-ω.	ἔ-στελλον.	.....	ἔ-στελλ-α.	.....	
στελ-έω.	.....	στελ-έσω.	ἔ-στειλ-α.	.....	.....
		Ion. στελ-έω.	.....	.....	.....
		Att. στελ-ῶ.	.....	.....	.....
στάλ-ω.	ἔ-σταλ-ον.	.....	.....	.....	.....
σταλ-έω.	.....	σταλ-έσω.	.....		.....
		Ion. σταλ-έω.	.....	ἕ-στάλ-εκα.	ἐ-σταλ-έκειν
		Att. σταλ-ῶ.	.....	ἕ-σταλ-κα.	ἐ-στάλ-κειν.
στόλ-ω.	.....	.....	.....	ἕ-στολ-α.*	ἐ-στόλ-ειν.

VOX MEDIA et PASSIVA.

PRÆSENTIS Variæ formæ.	IMPERF.	FUT.	AORIST.	PERF.	PLUSQUA
στέλλ-ομαι.	ἐ-στελλ-ό-μην.	.....	ἐ-στέλλ-ά-μην.	.....	.....
			ἐ-στειλ-ά-μην.		
στελ-έομαι.	.....	στελ-έσο-μαι.	.....	.....	.....
		στελ-έο-μαι.			
		στελ-οῦ-μαι.			
στάλ-ο-μαι.	ἔ-σταλ-ό-μην.	.....	.....	ἐ-στάλα-μαι	ἐ-σταλά-μην
σταλ-έο-μαι.	.....	σταλ-έσο-μαι.	.....	ἔ-σταλ-μαι	ἐ-στάλ-μην
		σταλ-έο-μαι.			
		σταλ-οῦ-μαι.			
		σταλ-εέσο-μαι.	.....	.....	.....
		σταλ-ή-σο-μαι.			
σταλ-θέο-μαι.	.....	σταλ-θήσο-μαι.			

CONJUGATIO SECUNDA.

VOX ACTIVA.

PRÆSENS.	IMPERF.
σταλ-έεμι.	ἐ-στάλ-ην.
στάλ-ημι.	
σταλ-θέ-εμι.	ἐ-στάλ-θην.
στάλ-θημι.	

* Nescio an Perf. et Plusquamperf. ullibi inveniantur.

54 1108

THE LIBRARY OF CONGRESS

THE LIBRARY OF CONGRESS

LIBRARY OF CONGRESS
0 003 035 559 3